



Euerendissimo in christo patri et dño dño Bertholdo sancte Daguntin. sedis Archiepiscopo Sacri Rhomani Imperij per germaniā Archicancellario ac principi electori dno suo gratussumo. Bernardus de Breydenbach dicte ecclesie Daguntinē decanus simul et camerarius obedientiam promptam et deuotam.

Euerendissime in christo pater et dñe. dñe misericordia. Qd tue preter morē meum visitatum scribere  
Euerendissime paternitati audentius solito presumpsi. et rem haud tue dignā gratitati exhibere tentau. id cause est qd tua mihi se penumero experita probataqz fruor gratia bonitate et humanitate.

qua preter supraqz ceteros cumulatius in presentiarū viens. Euerendissime pater id obnixius primū omnī precor quatenus nō certe moleste aut indigne. quod ipse encenni loco tue duci euerendissime offerendū paternitati feras. sinalqz pene tecū iocari. tam et si id alienā prossus a tua maturiori cōditione certo sciam. feram et ego si non satis grauerter pro meo officio a te vel alio quopiam spectato viro. agere. fuiro iudicatus. Tentatio si me apprehendit humana et impertinens curiositas. ignoscet p tua clementia. haudqz succensibz. Ceterū multipharia humanoz studia ingeniorū neqz nouoz cōdendorum existere finem librorū (sī tamen id nouū dici possit qd alia qz prius veste indutū et nouo dumtaxat fuso sive colore superlitum superqz videtur opertū. eadē rei substantia manente sub alio et alio aduenticio modo essendi) qui nō rideat sub oculis hac p̄sertim tempestate. qua nouitatū opido increuerūt adiumentones. et vniuersiqz in suo sensu abundat. inueniri posse arbitror nemine. quandoquidē eoysqz ventū sit iam pridem vt iuxta vulgatū puerium stilum dumtaxat mutauisse sit fecisse librū. Taceā oportet de grāmaticis. rhetorics. dialectics. musicis. geometricis. astronomicis. et philosophis. Huius dudu Hieronymus testatur quoniam qd medicoz est medici tractant fabrilia fabri. ita et de alīs parem in modū. Sola scripturarū ars est ipso codē asserente et dientim docente experientia. quā sibi passū vendicant omnes. quo fit qd scribimus īdoci doctiqz poemata passū. hanc garrula anus. hanc delirus senex. hanc sophista verbosus. hanc vniuersi plumbum. lacerāt. docentqz anteqz discant. At ego vt meā factem in alienā mittā messem absit. pcul. earū haud diues preciosarū mortiū. opumqz majorū egenus et pauper. p̄sumptiū minime aurea vel argentea vasa in donaria dñi offerre. sed que mibi sunt fictilia atqz cōmūnibus apta visibz. et si pudet. piget tū minime exhibere. magna magnis relinqēs. qui acriori et excellētori pditi ingenio. in optimarū studiis disciplinarū a puerō et teneris (vt aiunt) vnguiculis euum suū omne cōtrūcere vel diuinarū instituti doctrinis rerum. vel ceterarū artium eruditioñibz imbuti. Vi qd quinqz talenta a dño tradita sint eis. alia quinqz merito superlucranē. Ego vero si duo minuta era in gasophilatiū vidua cum p̄supercula misero. bene bellegz mecum actū existimauerim. neqz tū ea Euerendissime pater prius censui in ecclesia offerenda qz tuis acutissimis p̄sentauerim oculis puidenda. pbandaqz. tam et si talis tantiqz pceptoris haud digna sint cōspecione. Mirabere fortassis quid velim. Opusculū habeo quod duplā p̄sefert docetqz peregrinationē altera quarūvqz Hierosolymā. altera inde ad inclitā virginē et martyre porrigitur Katherinā. quas ipse ego vt tua nouū Euerendissima paternitas. deo xpicio et votis meis benignus annuente. anno perfecti superiori. zelo tamen bono et optimo fine. quo ceteris christicolis vel tali inseruire mea opera atqz labore eas ambas in cartā traduci decreui. modo prius inuiso. per scripturā videlicet et picturā. quatenus nō modo intellectū res hec oblectaret verū et aspectū. traheretqz vehementius affectum hominū deuotorū. Et quanqz ipm vīle opusculū non magnopere aut necessario veniat corrigendū quasi piculo alicui esse possit. etiaz si tuas

doctilimis inciderit manus minime. tue tamē absq; Reverendissime paternitatis nra  
tu et cōniuentia. in publicū prodeat nolo. quo nō modo tibi detulisse sed et ipi opuscu  
lo videar cōsuluisse. Neq; enim adeousq; despicio vt nō intelligam hac ex deditio[n]e tue  
me celsitudini nil vel gratiarū vel precomioz. intulisse. Scio equidem et certus sum q[ue]  
ipm potius opusculum dum ex tua quasi officina egredi videbitur auctoritas et splē  
doris plurimū accipiet. atq; valoris. maxime q[ue] incōpertum sit nemini. nil vñq; tuam  
venisse sublimā (que scoriā omnem eradicat) quod nō recusissime euaserit atq; emendati  
sum. Que enī inacula. que rubigo. que impuritas. tuos perspicacissimos oculos pre  
terfugere posset. Quid vero tua granissima indicatum vñq; fuit censura. aut equa lance  
examinari. quod quiuis etiam summox hominum: arguere presumperit. Dinc sequa  
tur necesse est. vt quod abste probatum fuerit id magnipendatur. Quod vero reiectum  
id nibili et stoccib; beatur oporteat. Nam ob rem operam impendi q[ue] sollicitā. vt ipm  
opusculum hac diligentia cōficeretur et lucubratione eoz moderamine riteretur vt cō  
munia preteriret et nō nisi cursu ac summis (vt aiunt) labijs prius descripta perstrin  
geret. Que vero digna essent dicti scitius ea latius euolueret et dissereret copiosius. vt  
id in processu de mahumero et alijs quibusdam granibus assertionibus et disputatio  
nibus haudq; contemnendis orationibus fiet euidentis magis. Porro quoniam  
magna benivolentia maiori dilectione maxima vero gratia tua me Reverendissima pa  
ternitas et serenissima dominatio semper et vbiq; pre ceteris ampliori prosecuta est fa  
uore (quod nō tam ipe sensi sepiissime q[ue] omnes habent perspectum) quinetā et si tace  
rem lapides clamarent. haudq; silerent ipa tua in me plurima collata beneficia officia  
q[ue]. Ha propter tue me prestansissime colendissime paternitati profiteor fore perpetuo  
obligatissimū/deditissimūq[ue]. Et quanq; (qd doleo) nō opis mee grates referre condi  
gnas. neq; prorsus habeam quod retribuam domino meo obseruandissimo pro omni  
bus que retribuit mihi. tamen quo propensissimū animi mei in te affectum prodam vt  
cunq;. atq; paratissimā ostendam placendi voluntate. En et meipm totumz hoc exile  
encennium. se quens videlicet opusculū. sterile et incomptum. tue dedo dedicoq[ue] Re  
verendissime paternitati. rtere ei me et eo vt libet. Et si quādo licet p[ro] ecio id intueri di  
gneris. Sicq[ue] fiet vt tua longe melius acceptius et clarius euadat approbatione. q[ue] al  
terius cuiuspiam vel exacta discussione. q[ue] pernotissimū cunctis iam factum sit et cœle  
bri fa ma vulgatum. q[ue] hisce in terris sicut potestate ita et virtute prestantior te sit nemo.  
Quis enim omnes preclaras animi corporisq[ue] tui dotes et eximias gratias. paucis ex  
pliabit. que sedem sibi quasi p[ri]oram in te uno omniū iudicio collocaueret. Quis tuam  
vel cogitando vel dicendo singularem prudentiā. oculatissimā circumspitionē. ingenij  
acumen et facilitatem. grauitatē morum. debita suauitate peruenustam. amorem equita  
tis et iusticie. clementie legibus haud incultam. animi cōstantiam et magnitudinem. ac re  
bus in gerundis industriam et sagacitatē. pauculo emetiatur sermone. Quod et si quis  
vel eximus orator tentare presumeret. cum nō modo succumbitur sed et obfuscatio  
nis q[ue] accessionis siue elucidationis plus allaturum. haud iniuria crediderim. Ne er  
go multis morer frustraq[ue] coner. id sensio. id proclamo (non certe assentatoris vicio sed  
quo veritati testimonio sim morem q[ue] ei geram) quicquid prorsus in auctissimo et do  
nis referto amplissimis inuenitur. id tu cumulatissime habes et possides totum. omniū  
felicissimus et fortunatissimus unq[ue] meritoq[ue] reputandus. Eya vero q[ue] probe q[ue] apte q[ue]  
iuste tua preclara merita. tue responderunt sublimationi. qua in summū vñq[ue] gradum  
cōscendisti et apicem. in insigni metropoli maguntinenſi. En fides tua integrissima. ze  
lus ardentiſſimus. infatigabilis laboꝝ. casuum perpessio variorum. quibus pro ipsius  
alme ecclesie et inclite sedis maguntinenſis incremento pridem semper decertasti. q[ue] re  
cte. deo ipo volente et patrum omniū vñtissima cōcurrente electione. plebisq[ue] acclama  
tione fauentissima. mercedis et premij iusta retributione. te in precelsum hoc fastigium  
cōstituere. Supremam ergo gloriosissimi Martini collocauitis in arcem Archipresul  
faustissime diuino prorsus auspicio. eaz adauge semper et exorna. et quam tibi hactenus  
charam p[ro]motamq[ue] habuisti. nūc fac operosius atq[ue] accuratius vt cepisti magnifices.

amplifices. et illustres in dies. quatenus se te rectore te duce. te pastore iustis et optimis  
se gubernatam legibus letetur. glorieatur et gratuletur sibi in euum. tua quoq; reuerendissima  
fama paternitas presenti gaudeat felicitate. et eterna in celis iocunditate atq; beatitudine  
expleto certamine. curiusq; bonis presulic summato perfruatur. Amen.

Continentiam huius operis subiecta monstrabunt.

In primis prefatio premititur ciuitatis Hierusalem ac sancte terre finitime. quoniam  
promissionis appellate commendacia. plures eius preclaras ostendendo preter et  
supra ceteras excellentias et precipuas prerogativas. unde et ex ea veluti termino ad  
quem motus est profectio in eam eminentior coniunctur et dignior merito cōprobatur.  
Fructus etiam sancte huius peregrinationis quosdā ipa prefatio prosequitur. intentio  
nemq; explicat autoris et operis diuisionē ut patet intuenti.

Deinde processus Hierosolymitane peregrinationis de loco ad locum ordinate et  
examusū cōmuni et vulgata deducitur narratione. et tum litteris et scripturis. tum ima  
ginibus et figuris. potiores ille ciuitates et loca quibus inter profiscendū cōmuniū  
applicatur terra maric. ad intellectum et sensum describuntur videlicet.

Primum omnium inlita ciuitas venetiā tanq; terminus a quo intrantib; mare.

Deinde ciuitas parentina que a venetiis leucis cōmuniū siue miliaribus italicis di  
stat centum.

Deinde vrbis Corfona que octingentis.

Deinde Dodona que mille et centum.

Deinde Joppa siue Japha que bis millenis. Ubi peregrini ad terram de mari egressi  
dentes. per Rama dypidum usq; Hierosolymā per xl. leucas in asinis pergunt. Et ita  
a venetiis usq; Hierusalem sunt bis millena milia italicā et quadraginta. Tertie vero  
minores vrbes et insule omnes suis in locis propriis dumtaxat nominibus designan  
tur. Ex vero insignis et potens ciuitas Ragusina quingentis distans a venetiis leucis  
suo loco nō est hic effigiatā. ad cuius portum etiam cōmuniciter solet applicari. Id cause  
est quia numio ventorum impetu et vi inde projecti. ac celeriori cursu alio delati. illac ne  
quiuimus propinquare. quo accidit ut nostros subterfugerit oculos et obtutus.

Inter insulas vero plurimas quas pretergredi oportet. inter nauigandū tres precipue  
ceteris preclarioribus hic habentur figuratae et designate. videlicet Candia que a venetiis  
mille leucis italicis distat. Rhodium que mille quadringentis. et Ciprus que mille se  
ptingentis. Relique dumtaxat numerantur et nominantur suis in locis. Porro loca  
sacra intra Hierosolymā. et que ciuitati devicino adiacent de quibus crebrius in sacra  
fir pagina mentio. et in quibus queq; memoratu digna patrata leguntur. specialibus ef  
figiantur figuris cum notulis declaratorib; et remissionibus oportunitis ad veteris vel  
novi testamenti passus.

In secunda parte prime huius partis principalis. determinato de locis. agitur ordi  
ne cōgruo de incolarum siue indigenarū locorum eorundem. et presentim sacrorum mo  
ribus. ritibus. legibus. et fectis. Et primum omnū de sarracenis quorū ut magis pa  
teat error et damnatissima secta.

De eorum pseudo propheta et pestifero seductore Mahumeto. longa et propria tex  
tur historia. tractans videlicet.

De eius ortu et nativitate. De eius detestabili vita et cōuersatione.

De eius prophane legis initio et promulgatione.

De eius infelici morte et indubia damnatione. Et tandem cōpendiosa quedam sed no  
tabilis et matura annexitur mahometice secte et perfidie improbatio. rbi multa haud  
cōtemnenda inseruntur dogmata. potissimum cōtra illam epicuream paradisum quā ipē  
mahomet siuis predicauit sectatoribus et promisit. Inde agitur brevissime de Iudeis.  
Grecis. Sirianis. Jacobitis. Nestorianis. Armenis. Georgianis. Indianis. Daro  
a ij

nitis. Et corum omnibus erroribus ceremoniis et ritibus. Adiunguntur quoque cuiuslibet sue proprie littere siue caracteris quibus utuntur vel scribendo vel loquendo ipsætiones. In fine eiusdem tractatus orationcula quedam additur miserum et miserabilem orientalis ecclesiæ statu modernu[m] deplorans. Sed et disputatio quedam seriosa et gravis contra eos qui r[er]umnumquamque in sua fide. lege vel secta. credunt posse saluari. Postremo de veris catholicis latinis qui per pauci sunt Hierosolymis fit memoria cum lamentatione quadam lugubri. super desolatione ecclesiæ dei sancte. et exhortatione ad principes orthodoxos. eos ad ecclesiæ fideliorē contra perfidos defensionem animando. Cuius rei gratia in calce visio quedam terribilis Carolu[m] quodam imperatori ostentaatur ex speculo historiali Vincentij beluacensis sumpta.

In secunda huic operis parte principali. de secunda agitur peregrinatione ab Hierusalem per vastam solitudinem in monte Synai. ad diuam et inclinam sanctas virginem et martyrem Katherinam. Qui etiam commendatricia quedam antefertur prefacioncula. sicut et priori. Deinde p[ro]fectionis ipsius ordo et processus ab Hierusalem usque in Gazera ciuitatem. et inde per desertum usque Syna describitur. ubi et loca sacra singula in montem dei oreb et Synai ex ordine explanantur et debitissimis notulis elucidantur.

Tandem regressus ex monte Synai per ortum balsami in Batharea villa existens. et per Abayrum babyloniam ciuitatem sarracenorum potentissimam et maximam. ubi rex ipsorum Soldanus residet. et inde per Alyum paradisum fluminum nobilissimum usque in Alexandriam quondam gloriosam urbem. unde et venientias redditur nauigio. ubi etiam de constantinopolitane viribus exercitio et expugnatione digressus agitur. ordinata et oportuna explicatur narratione. Et in fine omnium quedam ponunt scitu necessaria his qui forte has volent in futuro devotionis gratia subire peregrinationes. quos fructu multiplici spirituali haud dubium inde dirandos altissimum saluos conduceat et reducat. Amen.

## Prefatio in opus transmarine peregrinationis ad venerandum et gloriosum seculorum dominicum in Hierusalem eius tum laudes tum fructus paucis attollens. intentionemque exprimens auctoris et operis divisionem. Incipit feliciter.

**S**ancte et salubris p[ro]fectionis atque peregrinationis transmarine Hierosolymitanæ. laudes amplissimas. eximiam dignitat[em]. et preclaras virtutes cupiens hac commendatricia extollere oratione. ita paucis videntum censu quo morem geram lectori. ut habeam nihilominus rationem dicendis quo orthodoxorum devota pectora in eam prius fortassis inclinata. etiam atque etiam facias inclinationora. Atque in primis hinc mihi arbitror exordiendum. quod cum perspicuum sit iuxta philosophicā assertionem a termino ad quem motu accipere speciem et rationem atque etiam dignitat[em]. Hinc ex terra sancte super cunctas preminentia huius peregrinationis laus et conditio nobilis venit. haud dubium metienda primū. quod obrem si vel summotenus attigeris magnam excellentiam maiorem pre ceteris prestantium maximam prerogatiuam sancte illius ciuitatis Hierusalem et terre finitime (tametsi suapte pernotissimam) non mediocrem. immo pene vestigio primam. in eam rem fecisse me accessionem plurimaque absoluissime commendationis prem. haud iniuria existimabo. Gloriosa sane de ea ciuitate dicta sunt abolim. psalmista teste. dicens

turq; dictum. quoniam ciuitas dei summi est. magni regis et dñi virtutum. cuius funda  
menta in montibus sanctis. ita ut diligit dñs ipse portas syon super omnia tabernacu  
la Jacob. Genesios quoq; testatur liber. quantâ pmissionum serie. terram hanc priori  
seculo venerandis patribus ipse omnipotens deus pollicitus su. unde et terra pmissio  
nis appellata est. eius terre viuentu que in celis est typu ex multis similitudinib; (quas  
brevitatis amore transco) q; apie preserens. Clareq; libro ex codez. quemadmodum  
multarū gentiū pater abraham. diu ammonitus iussu. paterno derelicto solo. egressus  
de terra sua et cognatione sua et domo patris sui. ad terram hanc festinauerit figens ta  
bernaculum suum Bethel et hay. in gerris bersabee cōmorans et Ebron. Idem de  
Isaac Jacob Joseph quoq; et fratribus eius liquet. Hoc adiecto q; hi quoniam viui in  
terra ista semper esse nequivant. mortui saltem in ea exceptabant et magnopere desidera  
bant sepeliri. Id posteris suis in mandatis relinquentes. Cōstat preterea nemineq; fu  
git. q; et ipse omnium misericordia hominū Moises. hanc ob terram nō tamvisendam q;  
possidendum. cōtemptu regali palatio. preclaris egypti opibus nihil habitis. spretaq;  
terra inclita. cum fratribus suis longo per desertum tempore affligi maluit. q; tempo  
ralis regni frui iocunditate. Tunc eam dei nutu ingredi nō licuit. saltem a longe pspic  
cere et salutare eam loco de sublimi montis ab arym habuit per gratiū. Obmitto hoc in  
loco recensere ex pentateuci regum. iudicum. prophetarum. historiarūq; voluminibus  
plurima. que maiorē in modum ad eiusce terre ingentem cōducerent ostendendā subli  
mitatem. quanto videlicet israelitarū ipsa parta fuerit sudore. quanta hostium sanguine  
cede et strage sub acta. q; sacratissimis semper gubernata legibus. q; miris a deo signis  
et prodigiis sepe numero decorata. q; clarissimis semper exculta patribus. et eorum tum  
rebus et factis memorandis. tum doctrinis et exemplis insignibus egregie illustrata.  
q; gloriōsis referta personis. sacerdotibus videlicet et regibus et prophētis. quorum  
est ampla satis laus in historijs. et memoria in benedictione. apud quos etiam tam sin  
cerus dei cultus diu et diu viguit. ita ut notus in Iudea deus dumtaxat tunc in toto es  
set orbe terrarum. et in solo israel magnum nomen eius atq; habitatio eius in syon. Si  
quidem facta est iudea sacrificatio eius. israel potestas eius. Id potius post omnia ve  
lin adiectum velut precipuum instituti mei documentū. q; homo natus est in ea. et ipse  
fundauit eam altissimus. quia videlicet terram hanc vngeneritus dei filius. nostram ven  
turus in carnem. in temporis plenitudine sibi uniuerso delegit ex orbe. quam ei sua be  
nedicta cōsecravit incarnatione. natuitate. cōuersatione. quam preterea doctrina sua et  
miraculorū gloria eximie honestavit. illustravitq; morte. resurrectione. et in celos ascen  
sione. Dua et re id haud ab re intulerim. quoniam si (vt par ratio est) digna putamus lo  
ca ubi petrus et paulus christiani duces exercitus. et dominici gregis pastores sanguis  
nem fuderunt pro christo. Si deniq; martyrum vbiq; veneramur reliquias. et sanctaz  
fauillam oculis apponentes. si licet etiam ore contingimus. Terram illam quomodo nō  
omni prorsus dignissimā veneratione existimabimus. in cuius medio salutem nostram  
operatus salvator noster. monumentū quoq; in quo redemptor ipse noster conditus est  
quomodo nō magnificiemus magis. quomodo nō pluris reputabimus. immo vero quo  
modo sic a perfidis floccihaberi et naucipendi. tanq; iam retro habitis temporibus sus  
tinemus in iniuriā christi et obprobriū nominis christiani. Eccliam est preterea. et in  
cōpertum extat nemini. quanto antiqui studio et veteres iudei templum Hierolymis  
et sancta sanctorum tum venerabantur tum frequentabant. presertim q; illuc erat arca  
testamenti cum cherubin et piciatorio. ubi tabule legis. manna quoq; et virga aaron  
que fronduerat cōtinxebantur. que tamen omnia et singula ut vas electionis. Paulus dis  
serit. nō nisi umbra erant futuron. At nonne apud nos (ut de ceteris sileam) venera  
bilis longe est mediatoris dei et hominum Jesu christi domini nostri sanctum glorio  
sumq; sepulchrum. quod quotiens fidelis quisq; ingreditur. totiens mentis ac fidei sue  
oculis. involutum syndone videt salvatorem. paululumq; procedens. lapidem con  
spicit retulatum. angelum quoq; super illum sedentem. et iudarium cum linteaminis  
bus mulieribus ostendente. templum exinde preteriens vetustum. quasi in p̄sentiārū.

audit **I**esum inibi predicanter. cenatorem. post hac in monte syon recolit. discipulorumque illuc pedes lauantem. ac eis corporis et sanguinis sui sacramenta cœficientem. egressum tandem in montem oliveti deuotissime orante. defluentem suctore sanguineo. osculo proditum a traditore. captum debinc. tractum. illusum. cōspicuum. accusatum. flagellatum. coronatum. morti adiudicatum. crucem p̄p̄iam bauulantem. eiusque sub mole in porta ciuitatis (cuius rei hodie relicta cernuntur vestigia) deficientem. succedente Symonem cyrsteum. ac postremo in golgata amarissime passionis sue mysteria plumbantem. **P** quanta loca illa sacraissima extundant haud dubium laude et gloria. quanta virtute ac dignitate prestant. quanta proinde deuotione si via nobis ad ea esset apertior. iure meritoque essent. tum honoranda tum visitanda. quanto colenda affectu. que et ipsa mater domini **M**aria. virgo perpetua. eius post mortem atque resurrectionem. dictarū rerum ob memoriam nō tam incoluit multo post tempore. q̄z ardēissimis desiderior. insigniis honorabiliora nebis effecit. Ita et relique mulieres sancte loca ipsa se numero deuotissime ex osculantes. Atque hunc in modum plerique alii virtusque sexus homines fecere. suos nos ad id exemplo prouocates. Inter quos beatissimus effulget Hieronymus eorumdem locorum cultor et inhabitator precipuus. qui in diuersorio marie ad presepe domini in bethlemitico tugurio latitare atque dormiri hominis pretulit delitijs. Ita deuotissime paula et cestochium. ita venerabilis marcella. ex rhoma ornatissimis dictarum litteris eo adiuvata. Ita clarissimi quicunque alii ex omni delectiores christianismo viri. qui pro sua extrema fide et deuotione quantumlibet distarent minus se habere christianae religionis abolim putauere in illa loca sacraissima suis perspectissent oculis. osculisque attingissent. atque illic christum dominum adorassent ubi steterunt pedes eius. et in quibus euangelium primū de patibulo choruscavit. fidesque nostra sumptu exordium.

Adde q̄ dictorum deuota visitatio locorum. ad emendationis vite propositum cōcipiendum. hauriendamque suorum cōunctionem criminū. nō nihil confert pio et fideli peregrino. ita ut meo quidem arbitratu. atque plurimorum mecum cōsentientium censura. nullus pene sive perrarus. qui nō melior inde regrediatur q̄z ante suerat ingressus. Ne q̄z ob id. hoc in loco. gentili cōcesserim poete dicenti. celum nō animum mutat qui trans mare currit. Esto in curiosis id locum habeat. qui vanitatis ducti spiritu. scrutandorum locorum causa. eo pergunta. nullum referentes fructum ex tanto labore et sumptu. nisi q̄ veterum more exploratorum. quos **D**oyles miserat terre sancte terreq̄ promissionis detrahere nō cessant. Ut nō sic in his. qui deuotionis venerantur gratia illo proficiuntur. per varios casus per mille discrimina rerum. **N**uis equidem christicola has ingressus terras sacratissimas. nō mox amaras solueretur in lachrymas. quis compunctionis nō preferret indicia. etiam si adamantino esset pectore. ubi et petre scisse sunt. et sara ingentia diruta (que hodie sub aspectum ibi monstrantur) atque terra tota funditus mota christo moriente in cruce. **N**uis nō alterum mutaretur in virum. perditus quantumlibet ante fuisset. quādoquidem (ut de plenissimum illuc remissionibus et indulgentiis copiosissimum taceam quas consequi quisque ibi potest mox ubi mare egreditur et peudem terre sancte infigit. ac deinceps q̄z sepe multis in locis) quando inquam (quod plurissatio) veneranda salvatoris sui vestigia. ac omnium pene passionum seu victoriarum sugrum erecta ibi vexilla. terraque suo precioso rubricatam et perfusam sanguine. copia sibi datur sub oculis cōspicere. de osculariis ore. terere pedibus. manibus et corpore toto complecti. Quando licet in villulam christi ingredi. intrare **M**arie diuersorū. atque presepe illud dignissimum contingere. adorare parvum hoc terre foramen. Quo celorum conditor natus est. in quo deus immensus infans factus vagit. in quo inuolitus panis. visus a pastoribus. stella demonstratus. a magis fuit adoratus. **N**unquam (ut minora referam) ad iordanis fluenterbi baptisatus fuit christus a Johanne. ad pastorum quoque caulis. ad dauidis mausoleum. ad Amos prophete ripem. ad abrae denique isaac et iacob eximiorum monumēta patriarcharū in Abraon. Sed et ad trium illustrium feminarum. uxorum scilicet eorundem tabernacula ac memorias. liber pater adiutus. transitusque ad riuum Lunuchi a Philippo baptisati. unde mariam pergas.

**T**uncres baptiste. **H**elisei. **A**b die mente colligas. videoas floridam Nazareth. florem  
vixi iuxta nomen suum galilee. villam chana. montem thabor. mare galilee. et secus id  
milia populi non pauca agnoscas per dominum satiata. **I**nde progressus. mente per tra-  
cte filium unicum matris sue in porta **N**ayin resuscitatus. atq; montem suspicias her-  
mon. yadaleq; per torrentem **E**ndor. in quo **Z**izara superatur. **I**n prospectu tibi sit ca-  
pharrium. liban. tyrus. sydon. beihel. bay. sylo duplex cesarea. triplex rama. gloriosa  
olim. ptolomeida. **R**amat haim lophym. **J**oppe. **L**ydia. **J**annia. **N**obe. ac philistim  
ciuitates quinq;. et reliqua id genus loca multa. in quibus mira leguntur facta gestaq;.  
**P**ost que omnia pertransita. in montem rursus ascendas oliveti. et inde in montem pro-  
peres calvarie. atq; in crucifixionis loco adores. noctem dehinc in dominico facturus  
sepulchro. vbi tua cum magdalena desleas dolenter peccata. **Q**uis in qua cunctis hisce  
ex locis et monumentis (si tamen deo credat et euangelio) no magnam sibi hauriat deuo-  
tionem. **Q**uis ibi melioris sibi vite non imbibat voluntatez. viteq; veteris peniteat. vbi  
totet tanta ad hec sub oculis habet incutimenta. vbi haud dubium diuina gratia effica-  
cias pre ceteris locis in animas agit deuotorum. si obex no ponatur. **S**ed de his iam  
sat superes fortassis.

**Q**uod reliquum est neutriq; putauerim silentio transeundum. quemadmodum videli-  
cer dictarum perlustratio terrarum. haud immodice ad earum sumendam intelligentiam  
rerum deseruit. de quibus sacris in historiis q; creberrimam mentionem fieri constat.  
**M**irum perspectum omnes habemus exploratuz. quoniam visa q; audita vel lecta  
dumtaxat. amplius mouent. atq; que coram videntur sua sub effigie. fortius nobis so-  
lent imprimi. q; si aliena tantummo imagine represententur. **D**inc in veteribus legim?  
historiis beato tradente **H**ieronymo. philosophos quosdam lustrasse prouincias. no-  
uos adisse populos. maria transisse. vt quos ex libris nouerant. coram quoq; viderent.  
**S**ic pitagoras memphiticos rates. sic plato egipci et ea oram italie. que quondam ma-  
gna grecia dicebatur. laboriosissime pigravit. **S**ed ad Lituaniuum laceto eloquentie son-  
temanante de ultimus hispanie galliaruz finibus. quosdam venisse nobiles legimus. et  
quos ad contemplatione sui rhoma no traxerat. viius hois fama perdutit. **S**ic appa-  
lonius plurima transiit regna. atq; (vt hec veluti extranea misafaciā) sacra habet pa-  
gina celebris memoria referit. venisse reginā saba a finibus terre. cum comitatu et diui-  
tis multis **H**ierosolymā. vt audiens sapientiā **S**alomonis. qua probata obstupuit. ita vt  
spiritū ultra vit haberet. p̄clamans q; media pars eorum que audisset et vidisset. mini-  
me fuisse sibi prius nunciata. **Q**uid ergo mirum si deuotus quisq; christianus illaz vi-  
dere desiderat terram. quā quotidie ecclesie resonant vniuerso. **Q**ue enī dies pene per an-  
ni circulum in qua vel cantando vel legendo vel predicando ecclesie christi no recolunt.  
que hisce in terris. ac locis eius finitimus facta phibentur. **O**mibus quidem homi-  
nibus teste philosopho naturale inest desiderium sciendi. sed hac tempestate perpauci-  
sunt. qui sc̄e claris oblectare disciplinis et scientijs volunt. animumq; suum nobilem.  
ingenuis optimorum artium pascere doctrinis. q; vel laborem horreant adiunctū. vel  
copia sibi desit rei familiaris oculumq;. **P**erplures vero sunt qui melioribus et vicino-  
ribus saluti neglectis. superuacancis studijs dediti sunt nimis. q; videlicet diuitias co-  
accruare. augere opes. mundi huius oblationibus perfrui. affluere delitjs et volu-  
ptatibus querunt. studentq; amplissimis officijs et gradibus preeminere. nec cogitant  
misericordiam fragilē fortunaz et inanes eoru in contentiones. que medioeri in spacio sepe fran-  
guntur et corrunt. vel ante in ipso suo cursu obruiuntur. q; portum cōspicere potuerūt.  
**S**icq; omnem mortalium rituz varius sub sole labor exercent. atq; vt longe ante **J**esus  
syrach predixit. occupatio magna creatā est filijs adam. a die exitus eoz devenire ma-  
tris vixi in diem sepulture in matrem vniuersorum terram. **N**orro vnum est necessarium.  
**J**esum vice scire et hunc crucifixū. **I**d doctissimum in legez euangelio apostol<sup>2</sup> paulus.  
etiam postea q; in tertiu raptus fuit celū vbi mira vidiit. vbi audiuit archana que hoibus  
loqui no licet sibi esse arbitratur. atq; etiam precipit vniuerso christiane religionis  
professoribus. no plus sapere q; oportet. neq; in alio quoq; gloriari nisi in cruce domi-

nostri Iesu christi. in quo est salus vita et resurrectio nostra: per quem saluati et libera-  
ti sumus. Quippe qui factus est nobis via. veritas. et vita. Non ergo gloriatur sapiens  
in sapientia sua. neque diues in divinitate suis. neque fortis in fortitudine sua. sed in hoc glo-  
riatur qui gloriatur. scire et nosse me: ait dominus deus exercitum. Quoniam hec est vi-  
ta eternam ut cognoscant te solum verum deum et quem misisti Iesum christum. ipso id  
per semetipm confirmante. Et quanqz ad hanc salutarem assequendam scientiam. euan-  
gelica precipue et apostolica satis coferant documenta. que sanctorum studiosa lucubra-  
tione exornantur in dies. ac per diuinum verbi declamatores quotidiana elucidantur ex-  
planatione. non parum tamen ut prefatus sum ad eam ipsum coducere dictorum peragra-  
tio. et sub oculis cōspectio locorum: in quibus queqz per christum facta / dicta / aut pas-  
sa dicitur. aut legimus ipsi aut audiuiimus. Sancta profectio esset huiuscemodi curiosi-  
tas (ut ita dixerim) et salubris euagatio atqz exercitatio proslus perutilis homini. pre-  
sertim mediocri. sic videlicet exploratum ire atqz perscrutatum. loca vite mortisqz Iesu  
domini nostri i salvatoris. eius ex amore et sincera dilectione. qui mortem ibi. nostram mo-  
riendo destruxit. et vitam resurgendo reparauit. At cum Hieronymo sic iam cocludam  
Non Hierosolymis fuisse. sed Hierosolymis bene vivisse. Hierosolymis devote se et  
religiose habuisse. honesteqz et sancte cōuersatum fuisse. in medio nationis parue et per-  
uerse laudabile est. et reddit qz cōmendabilem peregrinum. ipsumqz magnificat et exor-  
nat peregrinatione. illustratqz. Et his iam satis sit super rebus hactenus disserruisse.

### Intentionis explicatio.

**S**iquidem omnibus et singulis prefatis rationibus alte cōsideratis. pensatis  
qz animo. Ego Bernardus de breydenbach insignis metropolitane ecclesie  
Daguntine. tunc quidem Camerarius. nunc vero etiam Decanus immer-  
itus. fatear necesse est (quo ceteris exemplo fiam) postea qzdiu prochdolor la-  
sciuviori etate respexi in vanitates et insanias falsas. tandem desuper quasi de graui so-  
mno ex pergefatus. cogitare ceipi vias meas. et cōuertere pedes meos in testimonia dei  
atqz post multa vana vane experita. tempus adesse ratus sum. quo quod bonum esset et  
saluti accommodum tenerem et amplecterer. Itaqz cetera inter multa que mecum ipse re-  
putabam. estimabamqz efficacius ad vite coducere emendā. id potissimum in mentem mihi  
venit. visumqz est bonum. eam ipsum de qua predixi salutare peregrinatione magno  
fortiqz animo subi. c. pio in risendi dominici sepulchri. ceteroruqz sanctorum cōspicien-  
dorum locorum desiderio vehementer affectus. Idqz dina desuper gratia et fida appri-  
me cōfratum. et cōmilitonū fretus comitua perfeci. de quo magnifice deo gratias ago  
qui me et socios tali habuit dono dignos. votiqz nostri p̄i effecit cōpotes. atqz magnis  
de angustiis sepe liberauit. Porro quo hanc meam profectionē siue (ut aiunt) reusam.  
vtilem nō solum mihi sed et alijs fidelibus facerem. et maxime generosoru clarorumque  
hominum animos in eam ipsum magis magisqz cōmouerem. operam nauauitqz exactā  
ut inter peregrinandum me de omnibus que scitu necessaria dignaque essent cognitū face-  
rem certiorēm. studiose singula perscrutando. nec ullis parcendo expensis. Huius rei  
gratia ingeniosum et eruditum pictorem. Erhardum scz revich de Traiecto inferiori  
opere preium duxi mecum assumere vi et feci. qui a venetiano portu et deinceps po-  
tiorum ciuitatum. quibus terre pelagiqz transitu applicare oportet. presertim sanctorum  
in terra sancta locoruqz dispositiones. situ et figuræ. quo ad magis proprie fieri posset  
artificiole effigiaret. transferretqz in cartam opus viii pulchrum et delectabile. cui de-  
claratorias notulas. vel latinas. vel vulgares feci per quendam alium doctum virum  
ad votum meum apponi. Quid quidem perfectum opus. impressorie artis amminicu-  
lo cunctis habere roentibus cōmunicandum. viiiiam atqz viiiam. intento optatoqz  
hanc vacuum fructu evadat.

### Operis divisio.

**D**Emum opus ipsum in duas duntarant libuit scindere partes. Altera quartu  
Hierosolymitanā. altera vero Katherinianam docerei peregrinationē. vii  
liora quedam necessarijs respectibus et optimis de morib⁹ et ritib⁹ erro-  
ribusq; ac sectis varijs incolarum et inhabitatorū locorum corundem. prime  
bius operis parti adūciendo. inserta nūhilominus in fine narrationis huiuscmodi se-  
ctarum. pulca quadam disputatione. cœu anthidoro quodam et remedio. ne quis vnu  
quenq; in sua fide/lege/vel lecta credat posse saluari. Alias etiam quasdā exhortatio-  
nes et lamentationes putres exposcit addendo bonis ⁊ oportunitis motuis. Postremo  
omnium. pium opto lectorē. deprecor⁹ deum cunctipotente. vt veris suis cultoribus  
christianis omnibus affectum et amorem infundat ampliorē. zelung⁹ ad terrā illam  
sanctam nō modovisendam. sed et aliquando recuperandā. redigendamq; sub christia-  
ne reipublice ditionem. vii olim fuit. ad sui nominis gloriam et fidelis populi laudem  
et honorem. Amen.

**S**equitur initium huius peregrinationis a solo  
natali vīq; venetas.

**A**laudem et gloriā domini nostri Iesu christi. gloriose genitricisq; sue  
perpetue virginis Marie. atq; totius celestis curie. ob nostrarum salu-  
tem animarū/nos tres subscripti videlicet Generosis dñs Johannes  
de Holms domin⁹ in Wintzenberg. Et ego supra memoratus Ber-  
nardus de Breydenbach Camerarius atq; Decanus ecclesie Dagun-  
tine. Itemq; dominus philiippus de Bicken strenuus miles. Singuli-  
cum singulis famulis pio ducti zelo et desiderio. lati supra expresso. venimus in locum  
per nos deputatum et codicatum. videlicet Oppenheim diocesis Daguntinensis oppidū.  
ipa die sancti Martini euangeliste Anno salutis. Mccccxxxiii. vnde prosecti sub quin  
decim dierum interiualllo. venetas diuino munere lani et incolumes applicimus. Inter  
agendum iter. saluo vni cōductu. rbi expedire videbatur maioris gratia securitatis. In  
uenimus aut̄ ibidem plures generosos eomites et barones. strenuos milites. ac alios  
nobiles viros. atq; ecclesiasticas quasdā personas. eodem quo nos animo et diuersis  
christianitatis partibus illo cōfluxisse. ex quibus duo barones et tres milites cum suis  
familis. nostre se cōunterunt societati. alijs seorsum turmam facientibus singularē.  
Erant autem nomina eorum qui in vna nobiscum galea fuerunt et societate. dñs Da-  
ximus de Roppenstein baro. Item dñs Fernandus de Hernarve. Item dominus  
Caspar de bulach miles. Dominus Georgius marx miles. Item domin⁹ Nicolaus  
maior de kurt miles. Nec hoc in loco necessarium vñsum est. viam nostram vñq; vene-  
tias. q; omnibus germanis suapte nota sit. pfustori stilo designare. Spacium vero qđ  
interiacet ex prefato oppido scz Oppenheim vñq; venetas. centum pene germanica cōti-  
net miliaria. nec vltra protenditur. Ibidem apud Petrum vgelheymer de Franck for-  
dia venetijs cōmorantem. hospitio suumus recepti. et ab eodē legaliter in omnibus at-  
q; humaniter tractati. rebusq; in gerendis. et presertim in cōducenda galea cōsilio suo et  
auxilio fideliter adiuti. Multa enim opus est diligentia et sagacitate in cōtentione cū  
patrono galee. vnde haud ab redundi eas hic clausulas annotare. quas matura delibe-  
ratione preiua litteratore nostro nostro domino Augustino pterreni. id est  
comite rheni. inseruimus pactioni. quo ceteri hāc eandem fortassis subituri peregrina-  
tionem. binc et emplū sumant utidem faciendi vel eerte meliorandi.

**D**e forma cōtractus cum patrono galee.

**A**Rant enim in puentione articuli tales inserti. quos quasi ad alios factos cur-  
sum et sub cōpendio hic enarrabo.

In prīmis q; dictus patronus peregrinos de venetijs vñq; ad terrā sanctam  
id est Ioppen. et inde denuo vñq; venetas ducat reducatq;. ad qđ faciendū  
immo et prueniendū ad minus per diē alteram galeā que domino Petro cognomens

to landarve attinebat. in qua alii peregrini de secunda societate vchebantur. sub pena  
se mille florenorum obligavit. super quo debita fiat prouisio iuxta placitum et votum  
peregrinorum.

Item q̄ ipi domini peregrini duos inter se ordinent deputentq; qui in venetiano por-  
tu et deinceps in omnibus locis quibus foret applicandū prospiciant et inquirant an  
patronus necessarios ei sufficentes habeat famulos et officiatus. vt moris est usitati.  
et necessitas sive cōsuetudo hactenus obseruata requirit. Ex si aliquem vel aliquos hu-  
iusmodi et famulis quolibet casu deficere aut mori cōtingeret. patronus alium vel ali-  
os in locum eius vel eorum subrogare teneatur: suis in expensis.

Item q̄ patronus teneatur armaturā pro lxx. viris disponere pro peregrinorū et gas-  
lee defensione. aut hostium si opus fieret iuasione.

Item q̄ patronus ad singula loca et portus applicare teneatur. quibus abolum consue-  
tum est applicare. nec tamen ultra bidui triduū spaciū in aliquo loco immoretur.  
nisi forsitan tempestas maris (fortuna appellata) id faciendū persuaderet. hoc adiecto  
q̄ si perigrini in insula Cipro ad Nicosiam ciuitatē pergere velint. eos teneatur in por-  
tu Cipriño expectare. At in reditu de terra sancta biduo vel triduo in quolibet portu.  
meritum vel vendendarū vel cōparandarū gratia. poterit immorari et nō ultra. Ita ta-  
men q̄ loca peregrinis deputata. in galea libera maneat. nec mercibus occupentur a-  
liquo modo.

Item q̄ patronus peregrinis singulis diebus bis ad comedendum et bibendū det ut  
debet pro viris honestis. Ex si ex qualibet causa aliquis peregrinorū ad mensam patro-  
ni mane aut vespere venire nequiret. aut solus fortasse vel cum sua societate seorsum vel  
let manere. nihilominus ip̄e patronus solitum sibi cibum et potum transmittere tenea-  
tur absq; cōtradictione omni.

Item q̄ patronus peregrinis ex venetijs vscq; ad terram sanctam. et inde vscq; venetas  
de bonis panibus. vino bono. recentibus carnibus. ouis. alijsq; huiusmodi esculentis  
cōpetenter prouidere teneatur.

Item q̄ patronus peregrinis id petentibus mane rnam refectionem. et vespere colla-  
tionem cum malamaseto et alijs tribuat. vt fieri solitū est et cōsuetum.

Item si peregrini plures vel pauci pro recenti aqua aduehenda. et alijs procurandis ne-  
cessitatibus. ad litus vellēt proficisci. patronus nauiculam sive barcam et famulos qui  
eos ducant et reducant cōcedere teneatur eisdem.

Item q̄ patronus semper et vbiq; ip̄os tutari debet pegrinos. ne ab aliquo hominū  
verbis aut factis quoquo modo molestentur sive in mari sive in terra. iuxta suum posse  
et nosse absq; fara.

Item q̄ patronus ip̄os peregrinos debito permitat tempore in terra sancta morari. et  
eos custodiat atq; cum galea expectet. Item personaliter cum eisdem equis ad loca  
sacra visitanda: vscq; ad Jordānem. et inde denuo vscq; ad galeam. fideliter quoq; et p-  
bese ad eos exhibeat. tuendo et semper acrbiq; defendendo. ne ab infidelibus aut alijs  
yllo pacto circumueniantur. sive seducantur dolo et fraude semotis.

Item si aliquem vel aliquos ex peregrinis (quod deus auertat) mori cōtingeret. patronus  
de derelictis eius vel eorum bonis. nullo modo se impeditat sive intronmittat. sed a-  
pud eum vel eos cui vel quibus eiusmodi decedens vel decedentes bona sua legauerit  
vel legauerint omnino relinquat intacta.

Item q̄ si aliquis ex ip̄is peregrinis anteq; terres sancte applicaret moreretur. patronus  
ip̄e dimidiaz partem date sibi prius. pecunie restituere teneatur. de qua eius testamenta  
rū ordinabunt iuxta cōmissa.

Item si aliqui ex pegrinis ad sanctam vellent proficisci R̄atherinā in montem Sinal. pa-  
tronus cuilibet tali id petenti decem ducatos de data prius pecunia reddere teneatur. et  
hoc ip̄m peregrini patrono quātius studeant insinuare in Hierusalē. ne propter eos  
diutius ibidē expectare oporteat cum galea. Item si peregrini aliquē sibi interpretē-  
sive scim et peritū linguarū illarum terrarum ad quas pergunt. sibi in venetijs vt fieri

solet voluerint procurare. patronus eisdem interpreti usq; ad terram sanctam. et inde usq; venetas de cibo et potu prouidere teneatur. et naulum recipere non posse nec debet ab eodem. Postea vero peregrini ad Joppen sive Iapha usq; peruenient. et iam fuerint in terra constituti. quicquid tunc et dinceps interpres ipse exposuerit sive pro vectigalibus theloniis pedagys salua guardia. aut virtualibus. peregrini ipi qui eum conduxerunt exoluere teneantur absq; damno patroni. Conuento vero cum interprete arbitraria esse dinoscitur. et suam propriam sumptu inter eos conuentum fuerit. et conclusum habet formam.

Item q; patronus omnia vectigalia omnem pecuniam pro salvo conductu exponenda sive salua guardia. pro q; iumentis et alijs et actionibus. quibuscumq; nominibus censentur. aut vbi cunq; exponere oportebit. ipse solus pro peregrinis totum soluere et expeditre absq; eorum sumptu vel damno teneatur.

Item quilibet peregrinus ipi patrone pro huiusmodi omnibus per eum ut prefertur faciendis vel exponendis. quadraginta duos ducatos de tzecka dictos. id est nouiter monetatos dare teneatur. ita tamen q; illius summe dimidia partem in venetiis exoluat. res liquam vero in Iapha sive Joppen absq; fara.

Item q; si peregrini omnes vel eorum aliqui postq; Hierosolymam peruenient ulterius ad montem Synai aut alio ire voluerint. ipse patronus eisdem auxilio esse teneatur atq; consilio in conueniendo cum infidelibus iuxta suum posse et nosse. ac si capta ipsa suam contingeret personaz. Qd; si qui peregrini quicquam rerum suarum quas secum ferre oportune non possent. in galea decernerent derelinquiendum. reducendumq; ipse patronus id venetas usq; secum reducere omni absq; contradictione teneatur. iuxta eorum dispositionem eis ibidem reseruandum et hoc iterum propriis sub expensis.

Item q; patronus peregrinis aptum in galea assignet loculum pro pullis sive gallinis. lignis. aqua. sale et huiusmodi rebus necessariis inibi reponendis. Qd; per eorum si habent coecum aut seruum omnia eis coquenda disponat.

Item q; si aliquid in hac conuenientia formula neglectum aut sufficienter non esset prevenit et expressum quod tamen iure vel consuetudine ipsi patrone cogrueret faciendum Id pro expresso in hac formula presentisq; tenore pro inserto debet haberi.

Huiusmodi omnia et singula puncta prescripta. articulos et clausulas prenotatas. patronus cum quo peregrini taliter paciscuntur sub bona fide loco veri iuramenti presenti. se solet obligare fideliter firmiterq; obseruantur. nec contra ea se facturum aut fieri finiturum. per se vel alios suo nomine quomodocumq; q; si in aliquo punto vel alio quibus ipse patronus contravenire presumeret. quicquid inde damni. allati fuerit peregrinis sive in venetiis sive in transitu vel redditu totum ipse patronus exoluere teneatur. scdm q; a peregrinis arbitratum fuerit vel iudicatum. ita ut ipi prouersus maneat sintq; indemnes. Solet quoq; huiusmodi conuento necessariis fideiussionibus et alijs munimentis roborari. quo firmior sit et diligentius obseruetur.

### De reliquiis preciosis et venerandis que habentur venetiis.

**O**nsequenter deuotis peregrinis venit considerandum q; in civitate ipsa venetiarum. plurime preciosae reliquie conseruantur. que ab eisdem rideri et visitari. tempore intermedio quo ibidem usq; ad galea preparationem et expeditionem expectare coguntur. possunt et merito debent. Nam et nos vigintiduobus dictibus illic traximus causa et predicta moram.

In primis in monasterio sancti Georgii quod in mari iacet prope sanctum Darcum. est brachium cum manu integra ipsius sancti Georgii in quodam altari. Sed ei in alio quodam altari eiusdem ecclesie sancti martyres Cosmas et Damianus requiescunt;

Item in monasterio sancte Helene iuxta castella. ipsa sancta requiescit helena tota in quadam capella. que crucem dominicā Hierosolymis legitur inuenisse. Ibi etiam duplex crux cōseruatur. in quarū altera frustum quoddam ipius viuifci ligni. In altera vero Constantini magni. ipius sancte Helene filij pollex. ac sancte marie Magdale ne os quoddam de pectorcōtinetur.

Item in monasterio sancti Nicolai de elio dicto. est vna de sex idrijs quarū aquas dor minus in euangelio legitur cōvertisse in vinū. Ibi etiam est baculus pastoralis sancti ipius pontificis Nicolai. quo dum viueret in presulatu suo vtebatur. Vulte ibidem alie reliquie referunt quas omnes enumerare nō est necesse.

Item aliud quoddam monasteriū est in venetijs quod acrusechirij appellatur. in quo corpus sancte Barbare requiescit in quadam capella marimoreo quodā sarcophago nunc studiose reconditū. quod prius in quodā altari in ecclesia reseruabatur. In alio quodā altari est os quoddam magnū sancti Christoferi.

Item in alia quadam ecclesia venetijs que ad sanctā Marinā vocatur sancta ipa Maria tota. in quodā requiescit altari. de qua mira in vitaspatriū leguntur.

Item in alia quadam ecclesia sancte Lucie venerabile corpus eiusdem sacre virginis ac martyris Lucie requiescit. adeo integrum et illesum. ut mammille eius videri et recognosci proprie valeant et distinete.

Item in ecclesia sancti Zacharievenetijs. corpus ipius veneradi sacerdotis patris sancti Johannis baptiste iacet humatū. Atq; cum eo duorum quorundam corpora sanctorum. quorum nomina sunt in libro vite.

Ibi etiam per foribus ecclesie eiusdem. est sepulcrum domini instar eius quod est hierosolymis formatum.

Item venetijs in ecclesia parochiali vbi et patriarcha residere cōsuevit. multe sunt reliquie preciosae et indulgentie maxime a pena et culpa. presertim singulis per quadragesimam dominicis diebus.

Item ad sanctum Darcum eiusdem euangeliste corpus venerandū requiescit. Estq; ibidem thesaurus venetorū in testudine quadam. summa cum diligētia reclusus.

Item duodecim corone. z. tñ. pectora de auro. margaritis. saphiro. atq; lmaragdis z. Item sex magne et preciosole valde cruces de auro.

Item pileus ducis quo quilibet dux venetorū. singulari priuilegio siue prerogatiua coronatur. et est precij inestimabilis.

Item duo candelabra aurea et magna. decem lapides preciosos habentia.

Item cornu vnū cuiusdam unicornis. et alias multa et varia preciosa ornamenta. opesq; infinite. de quib; nō est presentis temporis per singula differere.

Item prope venetas ciuitas quedam est Duranū nuncupata. vbi vitra fiunt. Ibi in ecclesia parochiali in duobus altarib; multa iacent corpora sanctorū innocentū.

Item ultra memorata ciuitatem aliud est quoddam oppidum dortzellan appellatum. vbi in quadam ecclesia corpus sancte Christine virginis et martyris fertur cōseruari. quod multo prius tempore in castro bulseno nō longe a riterbio quieuit. vbi et ipsa martyrium suscepit.

### De reliquijs in Padua.

**P**oro cum antiqua et insignis vrbs Paduana magna et populosa. modico a venetijs distet interuallo. si quempia peregrinorū illucusq; pia traxerit curiositas. inueniet que animū suum possint oblectare. etiam reliquias preciosas. Nam sub vnius spacio noctis. de venetijs illucusq; nauigio venitur.

In primis padue in cōuentu fratrum minoruz. sanctus requiescit Anthoniū. eiusdē religionis quondam professor et obseruator precipuus. qui magnis dietum miraculis claret.

Item ibidem in monasterio sancte Justine virginis. corpus venerandū sancti requiescit apostoli Matthie. excepto capite. quod in Treueri seruat in monasterio insigni ab eodem sancto Matthia nomen et gloriā habente apud germanos singularem.

Item in quodam altari eiusdem ecclesie corpus sancti euangeliste Luce requiescit. Et ibide in alio quodam altari corp<sup>o</sup> est reconditum eiusdem sancte virginis Justine. in cuius bonore etia ipa eccl<sup>esi</sup>a est p<sup>re</sup>slerata. Item corpus sancti prosodaci epi. Item corpus sancti maximi epilcopi. corpus quoq<sup>ue</sup> sancte virginis Felicitatis. Item multa corpora sanctorum innocentium. Item in eo altari in quo est corpus sancti Luce. tabula quedam ingens et preciosa superposita extat. In qua venerabilis illa imago gloriose virginis marie puerum Jesum habens in brachij: quā ipse sanct<sup>o</sup> dicitur depinxisse Lucas in honore magno habetur. Fertur etiam q<sup>uod</sup> quicunq<sup>ue</sup> imaginem illam semel cum deuotione ei cordis cōpunctione inspecterit. nūnq<sup>ue</sup> a visione faciei sue dulcissime. eius interuentus separabitur in eum. Nemo tamen fruole aut temere se huic cōmittat incerte narratio- ni. audita enim q<sup>uod</sup> credita narro potius.

Item in eadem ecclesia est corpus sancti Urini qui dicta sanctorū matthie et luce corpora in prefatum monasteriu deportauit. Tunc idem sanctus dicta corpora de locis suis accepta per mare venetas transferret. rogatus a collega suo. sancto quoddam viro. qui sibi adiutorio in huiusmodi fuerat corporū translatione. quatenus ei aliquā tanto de thesauro particulā conserret. caput sancti Matthie. preciosum vng<sup>m</sup> munus. partibus germanicis tradidit inuehendū. reliquam ipē Bazam in loco reposuit memorato. merito proinde multa habendus veneratione apud paduanos atq<sup>ue</sup> deuotione. q<sup>uod</sup> tantis eos opibus locupletarit.

### Sequitur oratio cōmendatīa ciuitatis et domini nationis venetiarum.

**O**lm antiquissima clarissima et florentissima ciuitas venetiarū. sancte huius peregrinationis perinde atq<sup>ue</sup> terminus a quo pergentibus per mare extet et principiū. atq<sup>ue</sup> hic sub aspectum cōsequenter effigietur. hanc ab re fuisse facta etiam immo q<sup>uod</sup> decens q<sup>uod</sup> ille decorū eius hoc loco amplissimas laudes. atq<sup>ue</sup> singularē preter et supra ceteras ciuitates preminentia et prestantia decusq<sup>ue</sup> maximū. tum in potentatus magnitudine. tum in eiusdē optimā administrātione stilo paulo venustior et accuratori designauisse. Clerū id hac potissimum ratione haud sumi ratus necessarium. missumq<sup>ue</sup> feci. q<sup>uod</sup> et dicendor<sup>z</sup>. copia maxima est. meis nō equa sed grauiuscit la viribus et humeris. nec otij atq<sup>ue</sup> sc̄lēte mihi sat. q<sup>uod</sup> eiusce vrbis immortalis et immensa fama et gloria per se totū notissima extat vrbī. nec quēq<sup>ue</sup> p<sup>ro</sup> sue claritudinis luce et cumulo fugere potest. Ut tū pollicito a principio ordini morigerus sim. et saltē paucis eam videri videar cōmendauisse. suapte q<sup>uod</sup> cōmendatissimā (nam velle mihi adiacet et si perficere sit. pcul) ab eius vetustate exordium sumā. hinc ad alia que occurrit descensurus. Hanc vni veteres tradunt historie. Anno ante Rhomanam vrbem cōditam. cccc. xxviii. Ante vero christi saluatoris nostri natūritatē. Dclxxviii. nō lōge videlicet post Troyanum decennale bellum. famosissimū. troyeq<sup>ue</sup> extidum. Euolutis tam a mundi et ordio. Annis circiter bis millesis septuagētis octoginta. hec insignis et summis efferauda laudibus ciuitas. a troyanorū reliquijs et nequaq<sup>ue</sup> a pastoribus ut rhoma) nā et in hodiernā vlc<sup>ue</sup> tempestate nobilii industriorū et clarorum semper est ferat viror<sup>z</sup>) primum fuit extructa in adriatici maris sinu. vbi hodie gloriola cōsistit vrbis antiqua. iamq<sup>ue</sup> multos dominata per annos. Dives opum. armis potens. studijs sat aspera belli. Heç tñ infīcialeo q<sup>uod</sup> ipa cōplures post annos a sua primaria cōditione emensos. eū iā incarnati verbi annus curreret sc̄z quasi quadringentis<sup>z</sup> sexagesimus. ciuitas ipa venetiarum a potentioribz. ac dinoribus puinciar aduenis. illuc ob seūissimā Attilae tyrañi (qui et de se flagellū recte equidē cognominauit) persecutio cōfugientibz. ob loci inēpugnabilē munitionē. ampliata quidē fuit. et ex parua maior effecta. q<sup>uod</sup> eo quo dictum est tempore. humili sat ischio fuerat fundata. Et pfectio dictu mirabile est. crudiusq<sup>ue</sup> penē difficile. atq<sup>ue</sup> summo preconio dignū potuisse a tot tamq<sup>ue</sup> diuersis vrbium et oppidorū populis cōditam ciuitatē. sub nō paucorū dī cursu annoz. cum tali reipublice incremento. ac glorie splendore. vñanīmīz ciuiū sagacitate et cōcordia cōseruari. sic exāgerari. sic exornari deniq<sup>ue</sup> vrbē. q<sup>uod</sup> ex paruulis piscatorū tugurijs et mansuiculis

illuc primum omnium. Trapescorū cōsensu ciuium (qui iam pridem sive subduntur di-  
tione) locatis, in tantā p̄surritate sublimitate. Inq̄ tantū cōscendit fastigii. vt inter notis  
simas, famosissimas, et potentissimas in orbe vniuerso ciuitates, nō modo vna, sed p̄ci-  
pua ex et nulli fortasse secunda. Eya (vt paulo plus ipius fiat cognitio euidentior mire  
deominationis potētia) q̄z longe p̄late sive olim potestatis alas per immensos terre ma-  
risq; tractus. Dum id fata sinunt iam tum tenditq; fouetq;. Nam germanoz nō tam cō-  
tingit, q̄z occupat fines, et in longobardoz late se effudit regiones, vbi (vt cetera silentio  
transcēam que obtinet terrarū spacia) preclaras illas et egregias cū latissimis terminis  
habet sibi subditas regiones et ciuitates. Paduam videlicet magnā, et sibi coeuam vr-  
becm, nō tam nebulissimo pado fluvio qui eam p̄terfluit, q̄z archiepiscopali sede et anti-  
qua ac famosa vniuersitate, ceterisq; rebus ex multis insignem Vincentiam debinc, ast  
Veronā. Brixiamq; atq; Pergamū r̄ibes, tum populosas, tum opulentas, tum pluri-  
mis comitatibus terrisq; finitimiſ viniferis, fructiferis, et r̄bere valde glebe/piscuosif-  
q; aquas superbas. Quis gardelacū magnuz et nobile r̄vidit et nō obſtupuit, r̄tpote qui  
vndiq; fortissimus et amenissimus castris, castellis, et oppidis, et his multis circūseptus  
refulget, presertim firmissimo castro p̄fthera munitus, et insula tutissima pulcertimaq;  
Hermione, rbi veterū adhuc latibula et cōfugia subterranea rident. In quibus q̄ lo-  
cus nō tam secretus q̄z firmissimus atq; defensioni aptissimus sit, se inter bellorū strepi-  
tus vt fertur receperūt interdum. In pontū autē fretumq; eius rimaturus dominū am-  
plitudinē, si eueharis, o q̄zum mirabere, o quo r̄sum fereris, nam histriam morū attingit  
et dalmaciā sua potestas, atq; Schlaioniam. Inde in greciārūq; se porrigen, et Lan-  
diam Liprumq; regales insulas, multas inclitas maritimas possidens r̄ibes, et prepo-  
tentis insulas alias, portus et sinus quos numerare longū nimis foret, sed eos sequens  
descriptio fortassis pandet magis. Credo p̄fecto neq; vana fides q̄ regnū aut dominis  
um huic par per omnia, in mari p̄serit, nō reperiatur ullum, vnu videlicet et solū sum-  
ptum toto in r̄ibe. Facile est venetiis et parū se centas armatas galeas ex suo produce-  
re archinali, bidui dumtaxat spacio in mare. O classem insignem et terribilē hostibus,  
si solo venetiano noīe et signo rex illoq; fuerit illustris. Nam subvnius horule interual-  
lo, ducenta milia virorum expeditorum ad pugnam vel terrestrem vel naualem, omni-  
bus necessarijs et oportunijs armis a planta pedis r̄sq; ad r̄ticem munire et prouide-  
re possunt, ad insiliendum subito in hostes, et congregendum animose si necesse fue-  
rit cum eisdem. Et quod magnum est sive argumentū prudentie, preter alias copiosissi-  
mas in virtualibus puisiones, semper mille adminiſtus habent in archinali suo viros: di-  
uersarū mechanicarū artium, et presertim faciendarū nauium scios et gñaros, armorū-  
q; fabros, et alios artifices perdoctos cum quibus iuniores quosdā cūdem instituen-  
dos artibus, cōgruis eniūrunt stipendijs, ne obliuione intercidēte, inuenta argute ars  
deperire possit. Mulieres vero quinquaginta omni habent tempore p̄ solis velis fa-  
ciendis, debito precio in eodem loco cōductas. Omnia vero hec ipse ego meis perspecti  
oculis, que vix credidisse prius narrantibus mihi, et probauit q̄ maior est potentia et  
circumspectio venetorū q̄z rumor: quem aliquādo audiui. Addit q̄ per singulos annos  
ipa dominatio venetiana, in omnia regna et loca, quibus nauigio applicari potest suas  
armatas galeas vel naues onerarias pro mercibus aduehendis, vel alijs deferēdis ne  
cessitatibus transmitit, potissime sex in Alexandria, duas in Damascum, duas in Ba-  
rutum, duas in Barbarorū regiones, duas in Costantinopolim, duas in Joppam sive  
Japha, in quibus et peregrini in terrā sanctam pergunt, duas in Angliam, duas in por-  
tum flandrensem flux nuncupatum. Id quoq; q̄z magnificū, q̄zue maximi sui dominū  
per belle ostensiū, q̄ in omnes p̄uincias suas et ciuitates ac terras rite administrandas  
probegz gubernandas, singulis annis ad sexcentos aut septingentos magnanimos, e-  
ruditos, probatos, expertosq; viros, venetij natos, qui et gentiles hoīes suo trito et vul-  
gato appellantur cognomine, transmittunt, quos et annue mutant, quo equa sit honorū  
onerūq; distributio et pat firma, iugisq; inter eos perseveret. Redentes autē expleto  
huiuscmodi p̄fecture ipse/potestates, aut capitanei p̄dicti, sive villicationis corā inclito

venetiano duce et senatu. omniūq; gestor; reddere tenentur rationē. Nam si ob causam  
quamlibet emergentē. ambasiatam aliquā. siue maximū ad pontificem. siue ad impera-  
toriam celsitudinē et maiestatē. siue ad reges. principes. vel cōmunitates ipa dirigit do-  
minatio venetiana. in scriptis redigit quid siendum decreuerit. nec licet cuīq; mislo tali  
cōtrauenire decreto. Ita et de his quos rebus bellicis pficit. Q si quispiam auso teme-  
ratio aliud quidpiā facere psumpsit q; in cōmissis accepit. absq; vlla retractatione. ca-  
pitali sentētia punitur. qua et ego quendā capitaneū plecti ibidē vidi. p eo q; et si bene  
rebus gestis et pspere rediit. tamē nō per oīa tradite sibi paruerit cōmissioni. Id ea tem-  
pestate pserit accidit. qua inter venetos et ducem ferrariensem lūtum et guerrarū tur-  
bines. et dissensionū volumina agebanſ. Quo etiā in tempore dominatio ipa venetiana  
in re bellica superior fuit. ducēq; cum omni sua que magna erat adherentia. sub suā cō-  
pulit potestatē. pductis cōtra eum copioso exercitu terrestri. et classe maritimā. lxxx. na-  
vium et galearū. Sed vt multa paucis absolua. fatear necesse est. nō mihi si lingue cenz-  
tum sint. oraq; centum. ferrea vox. omnes venetorum. pbitates. omnia virtutū percus-  
sere genera possem. Quis gentis antique mores semper laudatos. quis ritus omnes ce-  
rimonias et obſeruationes. quas celebris de eis fama predicit. quis fortia facta patrū.  
quis egregia facinora maiorū. quis modernorū glorioſos triumphos. crebras victori-  
as. omnēq; magnificētia. anguste orationis limitibus cōprehendat. Superuacaneū  
etiā quis nō arbitrabitur. ciuiū inter se explicare mutuam pacē et cōcordiam. Vt banita-  
tem et munificētia. beniuolentiā et amore. cum cernere sit q; hisce suis virtutib;. ex par-  
ua maximā et acutissimā suā rempublicā ciuilem fecerunt. quoniā vt omnibus nota  
habet sentētia. cōcordia res parue crescent. discordia vero etiam maxime dilabuntur.  
Ceterū quem lateat fides eorū integra. zelus precipius. et eximia deuotio in deum. inq;  
euia ecclesiā et omnē ecclesiasticā disciplinā atq; religionē. vnde omnē suā que latissi-  
ma est puinciam terre pelagiq;. iusto apprime imperio regūt. ptegunt. ab hostibus po-  
tentēq; defendunt. et optimā gubernant pollūtia. piratarū vbiq; in mari tyrannicā re-  
primentes predam. et nullā prorsus diuinis cōtrariam institutis sectā. suos infra termi-  
nos manere dissimulantes. Dape vero q; glorioſum. q; ne celeberrimū est istud. q; p sua  
qua sunt deuotio et cōstania perfidos turcos. christiane religionis hostes acerrimos  
et crucis xp̄i inimicos truculentissimos. plurimo iam tempore pene soli ex omni chris-  
tianismo. laborioſe. sumptuose. fortiter fideliter. et enire satis. impugnando. q; sequendo  
et exturbando. pleriq; in locis. murū se pro ecclesia posuere. donec qui sibi manus por-  
rigeret adiutrices et ferret auxiliū ex ceteris christicolis habuere nemine. Postremo o-  
mnēq; suas pstantissimas. quas eius preſeruerunt mores. virtutes. et gratias. digna vn-  
rosiq; senatus venetiani. et tantorū patrū miram et incredibilē pene prouidentiā. occu-  
latissimā circumspectionē. iusticiam equissimā. grauissimas censuras. instituta libratisſi-  
ma. leges sacratissimas. cautissima plebiscita. et pserit. puidum illum et pacificū eligē-  
di ducis sui modū morēq; perutilē. quo ex primoribus sancti Marci. procuratoribus  
optime in rempublicā meritis. vnu sibi preficūt. quem et saluberrimis volunt esse res-  
gulis suis obtemperantē. quatenus sic ab uno et eodē principio et capite. omnis eorum  
deinceps per varios distributa gradus. magnifica. pfiscicatur dominatio. Quis inquā  
has omnes et his similes eorū laudes. et excellentias cumulatissimas. quibus mirifice  
prestant. pfulgentēq; omni ingente. Quis eoz preconia. meritaq; innumera. quibus dei  
illuminant ecclesiam. breui et paucula perstringet euoluetq; oratione. Credo equidem q;  
et si dicendi magister Cicero ex inferis emerget. huic rei pro sua immensitate vix face-  
ret satis. Quamobrem et his posthabitis. ad cepta regredior ea que meo magis allu-  
dunt instituto prosecuturus.



Commune Hospital

Civitas et armamentaria



**S**equitur descriptio processus transmarini et venetijs usq; in terram sanctam.

**A**rinam iam nunc profectionem et navigationis descripturus ordinē. atq; totius relique peregrinationis historiam texiturus. quoad potero breuitati studebo. morigerusq; ero q̄stum licebit legentibus. ne fastidium eis generem vllum interlegendum. Sed et humili dumtaxat et pedestri sermone. remissio rīq; dicendi genere utar. cōmuni omnium captui inserviturs. omni prorsus cōnnita te cultu et venustate rethorice orationis posthabita. scimus q; oratio si circuitosa sit et fucata. vel potius manufacta. ostendit animū quoq; nō esse sincerum. et habere aliquid fracti. proinde nō ficto carmine. nō per ambages et varios dicendi anfractus incedam. neq; quemadmodū sed quid dicā potius curabo.


**T**ur euolutis. xxij. diebus quibus venetijs mansimus galee expeditionē prestolantes cum iam tempus oportunum nauigandi instaret. Atq; omnibus ad profectionem necessarijs in ordinez dispositis. iubente patrono nauigaturi galeam intrare pararemus. cūnīs quidam venetianus impedimentū nō modicum patrōno et nobis prestitit. graues cōtra patronum ipm querelas apud senatum deponens ratione debitorum nō solutorum &c. Quamobrem ne nostra diutius differeretur nauigatio. cōmuni decreuimus cōsilio inclitum accedere ducem venetiarum. sue principali magnificētē supplicaturi. quatenus inducie patrono nostro. datis interim ab eo fideiussoribus. usq; ad redditū eius de terra sancta preberentur. aut certe quod maluissimus paucorum intervallo dierum. His ita exactis prima die mensis Junij que tunc erat dominica prima post trinitatis. galeam cum patrono intrauimus. iactilq; anchoris ab hora eiusdem diei tercia usq; in crastinum prosperum gratumq; ventum nō tam expectabamus diu q; exoptabam? Duo tandem afflante. multa cū iocunditate et leticia cantatis ex more Galiae regina et quibusdam alijs antiphonis et collectis subiunctis. expansis relis postera die id est tercia Junij portui applicuimus parentino.

**E**st autem Parentium ciuitas quedam in Histria provincia sita. constituta sub domino venetorum. distans a venetijs centum miliaribus italicis dimitrat. Et istoq; illic episcopalis sedes. sunt quoq; in ecclesia maiori multe recondite reliquie preciosae. quas et visitauimus ut decuit deo. In primis in maiori altari sancti martyris requiescunt Demetrius et Julianus. Item in alio quodam altari ante chorū eiusdem ecclesie corpora sanctorum sunt virginū Berit et Acolite. In eadem etiam ecclesia ante pauca tempora sanctorum Dauri et Eleuterij corpora quienerunt. sed per Januenses inde asportata Januam translata fuere. Narratuq; nobis fuit de certo. q; cum uidem Januenses aliud quoddam altare tentassant effringere. animo quedā sanctorū corpora inde recipiens di. mox sanguis miraculose ex eodem profluit altari (cuius hodie ibi cernuntur vestigia derelicta) ynde territi a cepto desierunt.

**P**refata ciuitas Parentina in amenissimo versus terram loco sita est. ita ut inde in vngariam alias regna per terrā transiri possit. Nam et inde Hierosolymā usq; per terrā posset veniri quanq; id factu difficile esset et periculosum. eo q; saluus conductus nō facile posset haberi. sine quo iantum iter per eas infidelium terras nulli est temere tentandū nec cōsulendum ut faciat. Dictum preterea nobis fuit et certa assertum relatione q; Pasris Troyanus cum Helenā grecie reginam Menandri regis conthorale raptum pergeret (que res Troyani excidū exordium fuit. vt ipa Troyana historia late narrat) omnem suam classem in hac aptari fecit ciuitate. Et cum ipa Helena rapta illuc de grecia reuersus votog potitus. a nomine suo ciuitati imposuit nomen Paridinum. sed ab ita lis hodie Parentium appellatur.

**S**equitur urbs Parentina hic subsequenter effigiata.

Pann





**O**ne quarta mensis Junii ante dictâ civitatem Parentinam per aliquot hora  
rum spaciū expectabamus. donec secundus aspiraret ventus. quo in tem-  
pore pisces illos monstruosos vidimus delphin dictos / magnos valde qui  
sele in modum rotarum carri circa galeam hincinde volutabant. Vox vero  
rbi optatum accepimus ventum. expansis velis nauigantes aliquādiu leto ferebamur  
curso celeriq. At nonnūq; etiam aduersis et cōtrarijs iactabamur ventis in freto. nunc  
via recta procedentes. nunc retro vi ventorum repulsi ut fieri solet equore cōmoto. expe-  
timentoq; didicimus q; nauigantes mare enarrare possunt eius pericula si tamen eva-  
dant. Nam per octo dies cōtinuos iter agentes in mari et plura castra insulasq; multas  
pretereuntes. horrendos et ingentes sepe passi fuimus tempestates ob aeris inclem-  
tiā et malitiā maris seuā. ita vt vehementer nonnūq; periclitati. ventorū impetus  
et procellarum inundationes vix ferre possemus. celo etiam desuper obtenebrescente.  
atq; crebris choruscationibus et tonitruis terribilibus. ultimam nobis mortem mini-  
rante. Nam et quosdam naucleros siue (vt aiunt) galiosas extra galeam ventus fortissi-  
mus depulit inundas. et cum omnes eleissemus anchoras vix nauim figere valcba-  
mus. metuq; magno afficiebamur. clamore nonnūq; miserabilē aera repletus. ob im-  
minentem pene sub oculis mortē. Itaq; parva nobis illis diebus leticia sed tristitia in-  
gens fuit. cum interdum sub triū horarum spacio centum et viginti miliaria cursim  
conficeremus. eo in incertum nauigantes quo impetus spiritus et ventorum vis nos  
impellebat. Interdum. xxiiij. horarum intervallo per ducenta quinquaginta miliaria  
trajiceremur vel in ante vel retro. Tandem his ita excursis octo diebus postridie. id est  
xij. Junii. venimus deo propicio in civitatem Lorsonam appellatam. sitam in grecia.  
octingentis a venetis miliaribus remotam. iporumq; domino venetorum subiectam.

Inter iam dictam vero civitatem et urbem Parentinam supra memoratā quedā no-  
tabiles inter iacent civitates in Schluonia. In primis vībs quedam cui nomen Za-  
ra. centum miliaribus a Parentino segregata. Ibi archiepiscopatus est rbi et in ecclē-  
sia maiori requiescit sanctus ille senex Symeon iustus et timeratus. qui puerū Jesum  
in vīnis suis gestauit. vt euangelium Luce tradit. Ibi etiam in maiori altari corpus san-  
cti prophete Joelis est reconditum. Alia quoq; civitas vocata Rufinga nō longe a pa-  
rentina iacet in mari. Vbi in ecclēsia quadam corpus sancte Eusebie virginis et mar-  
tyris cōseruatur. Inde ad. xxv. miliaria aliud quoddam est oppidū quod Polinedor ap-  
pellatum. finem Histrie prouincie facit et initium Dalmacie. Inde nauigio per sinum  
quendam. siue (vt aiunt) golfum. id est per spaciosam et latam maris viam. rbi nil ali-  
ud in prospectu habeturq; celum et mare. et rbi mare semper est in cōmotione et furia  
nec vīla potest nauis anchora figi. quem naute coruerum hoc in loco cognominant ve-  
nitur ad portum sancti Petri. qui qd. xx. miliaria ab oppido distat prefato.

Dia sempre Laude, et honor al sumo idio;  
in ogni nostra tribulazione  
Massimamente per quel patisch' io.

**D**e **Z**ara ciuitate spacio centum miliarium aliud quoddam est castellum **Lizina** appella-  
tum sub dominio venetorum constitutum in **Dalmacia**. Inde ad munitissimam quandam  
et prepotentem opulentiam venit ciuitatem que **Ragusum** vocatur in **Schlaunia**  
provincia regni **Croatie** sitam ubi communitas ipsa dominio potitur. nec alium recogno-  
scit dominum nisi quod regi **Ungarie** annuum ei soluit tributum quod **Turco** magno facit ut  
optata cunctis mortalibus pace frui possit. In eadem ciuitate multe sunt insignes ecclae-  
sie sed et couentus quidam ordinum sancti **Dominici** et sancti **Francisci**.  
**I**tem in alia quadam ibidem ecclesia que ad sanctum **Blasium** dicitur. est caput ipsius  
martyris sancti **Blasij** et ambe manus. et quedam argentea tabula deaurata. Distant au-  
tem ciuitas predicta a **venetiis** quingentis miliaribus veniendo illuc via ppinqiori.  
**D**e **Ragusio** pergendo ad **Vorfunam** ciuitatem supra memoratam. due quedam ad tricin-  
ta miliaria prope ragusum sunt ciuitates collocate. quarum altera **Kathera**. altera **Bu-**  
**d**ua appellatur. ubi et terminatur **Schlaunia** et incipit **Albania**. Inde dulcis quedam  
aqua et abilis ad portandum influit in mare ex ciuitate quadam que **Tozora** antiquo preno-  
tatur vocabulo. sed **Scutarim** hodie eam itali appellant. distant a mari ad. **xxv.** milia-  
ria turco magno a paucis superioribus annis subacta. immo data a **venetiis** quoque sub-  
ditione antea fuit. una cum quedam munitissimo castro **Tornesij** cognominato quod  
etiam **veneti** **Turco** tradiderant tempore treugarum mutuo inter eos initarum. Inde  
non longe prope mare ciuitas quedam appetat iam pridem destructa cui nomen **Du-**  
**ratzum** **veneti** subdita. quam **Constantinus** magnus olim edificare ceperat animo il-  
lic regni sedem et imperiale palacium fundandi. Sed propter sterilitatem et glebe ineptiam  
mutata sententia eo usque processit. ubi nunc **Constantinopolis** est ab ipso edificata. De  
**Purazzo** ad paruum spacium alia quedam est ciuitas in littore cōsistens nomine habens  
ne quedam **Turcus** ipse ingentem solet habere classem navium ut cōmuniter quadrin-  
gentarum. Distant autem ipsa ciuitas a **Ragusio** ad ducenta miliaria. Ex eadem quoque ci-  
uitate superiori anno non absque verecundia et clade christianoque **Turcus** ipse **Idruntum**  
cathedrali sede gloriosam et alias bene munitam et populosam cepit ciuitatem in **Apulia**  
sitam. que ad regnum pertinet **Neapolitanum** ubi fidelibus omnibus qui in ea erant fer-  
ro peremptis episcopum tunc sacris insistentem mysterijs in altari lignea serra per medi-  
um turcus fecit secari. Verum eodem turco rebus humanis exempto immo gehenna-  
libus ortis tradito (quippe qui maximam se penumero christianis intulit pluribus in lo-  
cis stragem et more rabidi canis ecclesiam vndicis persequebatur. preter et supra omnes  
suos predecessores)





Tandem filius tuus qui hac tempestate eius loco dominatur regi reddidit Neapolis  
tano ipsam prefatam Id runtinā ciuitatem que quinquaginta distat dumtaxat miliarib⁹  
a Corfuna ad sinistrā manū et grecā vñitur lingua. Ex oposito illius per transuersum  
ultra mare est prouincia Apulie predicta que per primogenitū regis prefati Neapo-  
litani administratur. Prope Corfuna anteq̄ illuc applicet ad decem et octo miliaria est  
portus quidam et opidum destructum vbi nullus hominū moratur nisi fratres qui-  
dam ecclesiam beate Marie virginis que ibidem est custodientes. vbi et virgo ipa glo-  
riosa multis et crebris miraculis locum illum venerabile facit. vnde et a tuncis casa po-  
li id est domus celī appellatur.

Ex autem locus ille ab hominibus mansit incultus id cause fuit q̄ draco quidam mire  
magnitudinis ex marino quodam scopulo illuc dietim natando venit et plurimos ho-  
minum interfecit suo flatu. Atita tandem habitatores loci illius fugere cōpulsī alibi man-  
sionem sibi fecere. Ipse tamen draco per quandam industriaū vt fertur postea occisus  
fuit ab eisdem.

Ciuitas Corfuna sepe iam memorata in grecia sita est duobus satis eminentibus ca-  
stris supra in monte positis firmiter munita. illic peregrini in suburbio manere dumta-  
xat sinuntur vel apud fratres minores qui ibi cōuentum habent. Porro ciuitas ipsa et  
insula adiacens que ab ea nomen traxit centum octoginta miliaria occupat in longum  
et latum. estq; tota sub domino venetorum.

**D**e xxij. Junij ex Rhodo ceptam viam per mare prosequentes. vento vehe-  
mentius impellente. per golffum sancte Helene dictum nauigauimus. lo-  
cum utiqz periculosum. tantaqz fuit maris et fluctuum cōmotio. qz pleriqz ex  
peregrinis metuentes plurimum pre timore pene infirmarent. Postea vero  
die secundiori fruebamur vento. vnde tribz expansis relis in crastino. id est in festo san-  
cti Johannis baptiste regno et insule applicuimus Lipri. transentes per quasda cūni-  
tates. quarū rna Baffa vocatur. magna quondaz et potens vt ruine eius testantur. sed  
hodie desolata et destruta. rbi et mansimus ipo die sancti Johannis. Ibi aer est pessi-  
mus. sicut et in tota fere insula Lipri. Ibi vestigia adhuc cernuntur egregiarū quondā  
ecclesiariū. que olim illic fuerunt sed et turrium fortissimarū. in colle quodam in medio  
eiusdem ciuitatis quondā positarū. Ibi etiaz subtus ecclesiam que antiquitus fuit ordi-  
nis fratrum minorum. carcer quidam magnus septem foraminibus distinctus ostendit.  
rbi sanctus Paulus aliquanto fertur fuisse tempore in vinculis detentus. cum ibidem  
euangelii predicaret. vna cum sancto Barnaba coapostolo sibi adiuncto. Ibidem eti-  
am sub alia quadam ecclesia. fons quidam reperitur bonā et haustu dulcem aquā sca-  
turient. que febricitantibus dicitur remedio esse et cure. ppter qd et in longinquas aqua  
ipā terras defertur. Ibidem sub terra septē parne cancre demonstrantur. in quibus se-  
ptem quidā dormientes. nō illi qui in monte celio. sed aliū. multo iacuisse tempore referū-  
tur. Deprefata ciuitate Baffa. in aliam etiā destrutam venimus ciuitatē. cui vocabulū  
est Piscopia. quam rex quidā Anglie cum cōperisset sororē suā Hierosolymā pergen-  
tem. ibi a rege Lipri fuisse violatam. dicitur penitus destruxisse et totam illā patriā va-  
stauisse. Inde ad quinqua ginta miliaria de Baffa. est alia quedā ciuitas portum habēs-  
rbi cōmuniter applicatur Limisinū appellata. quam Soldanus quidam funditus an-  
te tempora euerit. Ibi rbi cunqz effodiatur in litorie maris dulcis emanat aqua. Ibi in  
crastino sancti Johannis baptiste. i. die. xxvi. Junij in portū ipm venimus Liprinū.

**E**t autē Liprus insula a Lipro ciuitate. que in ea est sic appellata. Ipa est et  
paphon. que quondā fuit veneri cōsecrata multum autē quondam fuit famo-  
sa et maxime metallis eris abundans. cuius etiam ruis primo ibi dicitur fuis-  
se repertus. Terra est vinifera. et fortia sunt valde loci illius vina. Ciuitates  
habet multas et nobiles. inter quas caput et metropolis dicitur Nicosia. Terra est maz-  
ri vndiqz clausa. sed interius siluis campis pratis vincis et frugibz nimis plena. fon-  
tibus et annibz irrigua. et multis diuitijs pariter et delitijs opulenta. hec insula vo-  
carur sepius Lethim in scriptura. Spacium eius in longū tenet centuz et. lxxv. milia pas-  
uum. In latum vero mille passiuū centum. xxv. Lato tamē otima nō est magni in ea p-  
eq. sed neqz multe bonitatis. vnde cōtingit interdum oves. xij. pro uno cōparari ducato  
Distat autē Lyprus a Rhodo miliaribz trecentis. Estqz hodie sub venetorū ditione.

**D**e xxvij. Junij nauigātes de Lypro. vento satis optato. peruenimus tridui  
penes spacio in locum vnde sanctam pspicere terram poteramus. Dua ex re-  
ingenti affecti leticia et exultatione. a longe eam salutauim⁹. vt par ratio erat.  
iocundas pruimpentes in laudes atqz canentes. Te deum laudamus Et cū  
antiphona Salve regina. et collectis atqz orationibus oportunis. pauloqz post eodem  
die ante Japha siue Joppē venimus ciuitatē. modico inde interuallo. iactus anchoris  
galeam nostraz figentes. Hoc inde patronus ex more quodā ex suis p salua guardia  
in Rama vsc⁹ Hierusalem transmisit. ac pro patre Bardiano fratrum minorū mon-  
tis Syon. et cōductore peregrinorū qui trutzschelmannus cōmuni vocabulo appellat.  
Eius rei gratia. per sex dies cōtinuos. in loco expectauimus memorato. Ubi interma-  
nendum alter patronus Petrus landare dicitus. cum sua galea et peregrinis fratribus  
nostris superuenit. et iurta nos quantum est iactus arcus cōsedit. mittens et ipse mor. p  
cōductu vt supra. Hos etiam infra dies quidam ex galeonis galearū vtrarumqz pīca-  
tum eunt. ac deprehensi ab infidelibus plagas pro temeritate reportauerūt dignas.  
In terram ciuam aliquādo descendimus cum patrono nostro in quadam nauicula. bo-  
tros et vias precoquas. aliaqz necessaria a paganis cōparantes. Quinta tandem Julij

venerunt in Japha equites Holdani. qui apud eos mammoluci vocantur. habentes  
in comitatu sua patre Guardianum predictum. duobus suis ordinis fratribus associa-  
tum. qui etiam litteratorum a domini de Hierusalē et Rama ad nos pertulerū tradicū.  
Hocdem die Petrus landare suos ad litus applicans peregrinos. in speluncā quandā  
veterem rīcōmunitē fieri solet introduxit. ubi triduo manserunt inclusi. Hos vero pa-  
tronī nostri rīsi. pudentia et humanitate. in galea malumus expectare. Unde cōgit a-  
lios nostros cōperegrinos tribus rīdiximus diebus et noctibus in spelunca manere.  
in qua nos nō nisi per vñā reclusi fuimus noctem. Est enim cōsuetudo paganis. rīllue  
aduentantes peregrinos christianos nominatū vocant noībus patrū suorū designa-  
tos cōscribant. et cōscriptos in quandā lacerata testudinē sive speluncam veterē de qua  
dictum est cōtrudant. donec ipicū patronis de pecunia pro salua guardia cōueniant  
pro suo libitu. et paciscātur. Id ostium aut spelunce p̄dicte christiani de cinctura. id est  
de fide sancti Pauli de Hierusalē et Rama cōuenientes merces varias venales sed et  
victui necessaria. puta carnes coctas. pullos. oua. panes. fructusq; et huiusmodi solent  
cōparare. vnde peregrini emunt quod liber. quodq; voltint.

**O**ne. viij. Iulij. omnibus nobis peregrinis asini fuerūt adducti. quibus insidē-  
tes. rīsq; in Rama que ad decim miliaria distat a Japha. p̄eranimus. trium  
sub spacio horarū. Fuit autē Japha ante tēpora grandis ciuitas et famosa  
Ioppe appellata. vel Japha a iaphat filio Noe qui eām construxit. et ex suo  
noīe eām appellauit. et fuit ut dicitur octaua inter eas rībes. que in mundo cōtra diluui-  
um qđ noe tempore extitū fuerūt edificate. vnde et hodie vecetes ferrei et magniet quā-  
dem rupe videntur pendere. quibus naues fuerunt affixe. ubi etiam mire magnitudinis  
cathena quedā appetet. qua gigas quida Adromodus noe detinebat captiuus. cui  
costa quadragintauius pedū longitudine. p̄tenditur. ut hodie certūt.  
Cum autē ad Rama vnius iugeri spacio p̄p̄e venissemus. descendere de asinis et pes-  
dites ut cogebamur. singuliq; res suas in humeris portare. Nucd iccirco nō parū nos  
bis fuit molestum. qđ calor erat intensus. et puluis hincinde agitabat. Nullum ibi chri-  
stianum siunt pagani introire in gīlo vel equo. Ibi iterum in vetustā quandam an-  
numerati et recluīti fuimus domū. Simq; ibi testudinata edificia multa. et fons bonaq;  
satis cōtinens aquā. hanc domū philippus quondam dux Burgundie bone memorie in  
hospitium cōparauit peregrinor. ac fratribus montis Lyon cōmendauit. vnde et ho-  
spitale peregrinorum nominatur. De Japha associavit se nobis dñs ip̄e de Rama no-  
biscum equitando p̄p̄ia in persona. cum multis mammalucis. id est (ut dicit) apostatis  
christianis. Sed et trutzhannus de Hierusalē nobiscū renit. habentes ambo equos  
pene centum. v̄t saluos nos cōduerent et custodirent a paganis. et corū filii qui in vil-  
lis et locis illis se cōglomerantes. lapidibus solent impetere peregrinos. et adeo feroci-  
ter quādoq; innadere qđ vix etiā adiuti a cōcomitantibus illesī possint peregrini p̄terire  
quin et aliquādo aliquos interiāunt lapidibus obruendo. sicut vni ex nostris pene ac-  
cidisset. vnde periculosum valde est illud cōficere iter de Japha rīsq; Rama ob huius  
modi insidijs. et insultus paganorū. Est autē in Rama estuarī quoddā sive balneum  
miro ingenio et modo edificatū. quattuor inclusum turribus. quod desubitus ex forna-  
ce per pavimentū stratum pulchro et a vario marmore calorem transmitit. Nam sim  
autem in Rama per tridū. hac p̄p̄editi occasione. quia duo dñi pagani capitanei in  
se mutuo versi cōpugnabāt. quorū vñus Amor cognominatus. albo v̄tens vexillo dē-  
cem et octo suor. amisit clientum. Alter vero Haballeus vocatus. ubi serens vexillū  
victoria potitus. cōtinuit triumphum. qui et ductor noster fuit et custos.

**O**ne. nona. Iulij iussu et dispositione Gardiani. vñus ex fratribus eius missaz  
in Rama coram nobis celebrauit. qui rī ad offertorium venit. cōversus ad  
nos. informationē nobis dedit de modo nos habendi in terra sancta. subie-  
ctus nobis tradens regulas. lingua latina. italica atq; germanica. Ita inquit  
ens. Dilectissimi in christo Iesu necessarium robis scitu indicans. vos facio amfatos  
de quinq; artieulis bene cōsiderandis. ne frustra tantis laboribus et sumptibus hucusq;

veneritis peregrinatum.

Primus articulus est. si qui inter vos essent. qui absq; summi pontificis licentia bucl*lo*ci venissent. ac per hoc excommunicationis sententia incurrisserent. sciant apud nos et presertim patrem nostrum Gardianum auctoritatē summi pontificis quo ad hoc esse. qua ab huicmodi sententiā possint absolvi. **E**t si idem pater noster a quoq; vestro super hoc fuerit requisitus siue rogar<sup>et</sup>. ipam animo volenti cōmunicabit auctoritatē. vnde gaude te. sed et ob id maxime exultate. q; hāc a deo gratiā estis secuti. vt has sacramenta ter ras. in quibus salutē nostrā ipē oīm salvator operat<sup>est</sup>. visitare perq; lustrare possitis. Secundus articulus est. vt veram et indubitatā christianismi fidem. vniuersitatis habeat peregrinorū. alioquin frustra venisset.

Tercius articulus. vt puram habeat cōscientiam. et verā peccatorum suorum cōtritionē atq; propositum in antea cauēndi.

Quartus. vt quanta potest scipm excitet deuotione ad videndum et perambulandum ipa sacramenta loca.

Quintus articulus est. q; vniuersitatis sibi precipuo studio caueat. ne super paganorum vnoq; gradiatur sepulchra. aut ea cōrectet calcando. quia id molestissime ferunt. immo si vnoq; fieri viderent. periculum vobis rite immineret. **H**is ita dictis et traditis monitis. idem frater cepta mysteria sacra prosequitur. Finita vero missa. vniuersitatis in suā se recepit societatem et mansionem. moxq; christiani de cingulo. id est de fide sancti Pauli. coctos nobis afferbant cibos venales. Vnum autē nemo ibi potest comode habere. nisi de galea ipē attulerit secum. **D**ie itaq; illo quia dñica erat queuumus ibi.

**A**nsaequenter cōsiderandum renit deuotis peregrinis. quante indulgentie et remissiones loca sacra visitantibus. Primū omnium a papa Siluestro ad instantium Cost. intini christianissimi imperatoris. ac sancte Helene matris sue sunt pcessae. et deinceps per successores eius summos pontifices cōtinua te et confirmatae.

In primis vniuersis et singulis christifidelibus hanc peregrinationē transmarinā sub eundibus. cōtritis et cōfessis. et ob huicmodi cōsequendas gratias illuc aduentantibus mox ut galeam egrediuntur. et sanctā cōtingunt terram. omnium peccatorū suorum remissio (vrdici solet) a pena et culpa vigore indulgentiarū apostolicarū est cōmunicata.

Item in eo loco cōmuniter peregrini sancte applicant terre. Jonas propheta nauim intravit. vt fugeret a facie domini in Tharsis. vt habetur Ione primo. Item in Japha q; et Joppa dicitur. princeps apostolorum Petrus Tabitam resuscitauit. vt in actibus legitur apostolorum.

Inde nō longe locus est vbi sanctus Petrus pīsationis officio vacabat. vbi et indulgentia est septensis et totidem carene.

Item de Rama per viam pcedendo. ad aliā quandā venitū ciuitatē ad duo miliaria. q; et Lidia dicitur. vbi vscq; in hodiernū dicim ecclesia quedā est in honore sancti Georgii martyris dedicata. vbi et ipē suū celeb: auū martyriū. capite truncatus. In codē oppido sanctus Petrus. Neā paralitū sanauit. et est ibi indulgentia septensis et totidē carene.

**A**xiūmus autē de Rama die. xi. Julij circa horā noctis secundā. et ascendim<sup>et</sup> Hierosolymā in asinis nostris. Distat autē Hierusalem a Rama triginta miliaribus italicis nō paruis. Eundo vero de Rama ad manū dextrā. est castellum Emmaus ex euangelio satis notū. distans a Rama ad miliaria viginti. ab Hierusalē vero stadijs. lxx. vbi et Cleophas vnu ex. lxxij. discipulis christi requiescit. Illic pīcē oppidū est sanctoz machaboz Hodon appellatū. vnde originem traxiunt. et est ibi indulgentia sep.

Inde nō longe versus Hierosolymā in cuiusdā montis cacumine. sanctus pībeta Samuel est sepult<sup>us</sup>. Dibus his in locis pīsatē ē indulgentia septē annoz. et totidē carenar<sup>et</sup>. Ibi prope ad dextrā est villa Ramatha. vnde Samuel nū oriundus et Joseph ille de Arimathia. cuius fuit monumentū illud nouum excisum in petra. quo sacramentū christi corpus reconditum fuit.

**D**e ingressu in Hierusalem.

**V**ulta quidē sunt loca sacra in civitate sancta Hierusalē. nec dies sufficit vna ad pac grandū singula. Inter ea in dñici sepulchri templū obtinet principatum.

**O**ne igitur memorata. xi. Iulij. hora sexta post meridiē in sanctā venimus civitatem Hierusalē. descendentes ut iustum est de aſinis nostris. et pedib⁹ illam ingredientes. in cuius introitu plenaria est remiſſio omnīū peccatorum.

**N**ec aliquis peregrinoꝝ illic permititur equitare.

**P**rimū autē omnīū pcessimus et venimus ante dñici sepulchri templū gratia indulgētiarum cōsequendarū. Inde in hospitale ducebamus peregrinorū. Ego vero cum confratribus meis qui mecum per mare venerant domū intrauiamus Calini minoris. intra hospitale predictū. qui ut cōmuniter interpretis fungitur officio. et cum peregrinis ad sanctā pficiscitur Katharinā. hic assignata nobis camera hospitio suscepit. rbi die illa quietumus. longi itineris fatigati cōfessione.

**H**elocis sacris que sunt inter hospitale peregrinorum et montem

**E**yon inclusiue.

**T**ul craftino aut id est. xii. mensis Iulij. que et dñica erat. cōuenientes in vnu oēs peregrini in monte ascendimus Syon. in via intermedia quedā nshlo minus loca sancta visitantes. Et primū in eum venimus locū. rbi iudei corpus gloriose virginis Marie quado ab apostolis in vallē Josaphat ferba tur. sepulture tradendū. vi conabant afferre. Inde mot illū accessimus locū rbi sancti Petri post triū negationē suā. egressus foras atriuꝝ Layphe. speluncā quandā intrās amarissime fleuit. Paulopost ecclesiā intrauium⁹ sanctor⁹ angelorū titulo prenotatā. rbi quondā domus fuit Anne pontificis. in quā xp̄s dñs de monte oliveti primū ductus. grauē pertulit iniuria. alapa sibi a ministro in facie data. Inde in aliā pperauimus ecclesiam. ad sanctū Saluatorē appellata. rbi quondā Layphe domus magna et angulaꝝ stetit. in qua et dñs noster ch̄ristus illusus fuit. et relatus. facieꝝ pcessus. ac tota nocte ḡ auiter afflictus. rbi etiā ostendit locus angustus. in quo xp̄m recluserit donec cōsilio inito. seniores iudeor⁹ quid de ipo faciendū esset deliberarunt. Et appellatur locus ille carcer dñi. Et quanq̄ id in euangelīs nō reperiāt ex pressum. qr nō oīa scripta sunt que circa ch̄ristum cōtigerunt. tñ ppter loci illius existentiā et testimonia q̄ de hoc perhibentur. nemini id absurdū videat tanq̄ a veritate alienū. Ibi etiā est lapis ille magnus valde. quē ab angelo legimus revolutū a monumento. et est hodie mensa altaris magni in ecclesia supradicta salvatoris. Ibi in curia que est ad sinistrā. est arbor quedā lapidis circūdata. rbi ministri iudeor⁹ et Petrus cū eis calefaciebat se ad ignē. Excundo aut de dicta curia in plateā ad manū dexterā. est lapis quidā. in angulo: q̄ in loco virgo maria stetit. qn̄ Petri flens amarissime. exiuit de atrio principis sacerdotū. vnde p fleui nec virginis gloriose de filio inquirent potuit rindere. Ibi etiā ipa bñdicta virgo auida sciendi de filio expectabat vīq̄ marie. qn̄ vincū cū duxerūt ad Pilatū presidē. quo et cū se quebat ipa mestissima haud dubiū mater. Inde ad modicū spacū. quedā desolata apparet ecclesia lapidib⁹ dumtaxat circumsepta. in qua gloriosa virgo post mortem filij sui p̄iū annis vīq̄ in diem assumptiōis sue morā traxit. et est ibi remiſſio omnīū peccatorū. Nec ex defectu aut culpa fidelium eadē ecclesia sic manet neglecta. sed qr pagani in eodē loco edificari nō patiunt. In oībus vero supra memoratis locis et singulis est indulgētia septennis et totidē carentis. Ibi ppe iuxta locū rbi virgo maria mortua fuit et assumpta in celū. est reliquī cuiusdā capelle. que quondā ibi fuit. in qua sanctus Johannes euangelista tanq̄ virginis gloriose capellanus. eidē post christi ascensionē se penitentia missas celebravit. apparebat ibi pars quedā illius lapidis. sup quē idem diuina misericordia perfecit. Ibi etiā locus ostendit rbi sanctus Matthias in apostolū loco Jude fuit electus. et est locus ille lapide rubeo designatus. Inde pergendo in monte Syon prope ecclesiā est locus vbi virgo beatissima suas dieū deuotissimas p̄soluit ordes. Ibi etiā duo lapides demonstrant. in quoꝝ altero xp̄s suis predicans discipulis seorsim sedebat. In altero vero mater sua dignissima sedens

audiebat verbum illius. Sub ecclesia vero mortis Sion partim et partim extra est locus sepulture prophetarum et regum Israe. puta David Salomonis et reliquorum. Quorum hec sunt nomina. Reboam. Abia. Asa. Iosaphat. Ioram. Ochozias. Athalia regina. Joas. Amasias. Ozias. Jonathan. Achiam. Zecharias. Manasses. Imon. Josias. Joacham Eliachim. Jechonias. Sedechias. qui tamen non omnes eodem loco sepulti. ut patet in scriptura sacra.

Ad hunc sepulchrum regum hodie christiani nequaquam sinunt introire. Sed sarraceni qui locum illud colunt et venerantur multe. id est ecclesiasticae capella sibi illic construerunt. Quem in locum cum ego et quidam ex cofratribus meis nobilibus descendimus. nisi quia dominus adiuvuit nos paulominius a paganis improuisus aduenientibus interempti fuimus. Inde non longe est locus ille. ubi secundo sanctus pthomartyr Stephanus sanctus Samiel. Pauli apostoli informator. et Abibas filius eius. Nicodemus quoque fuerunt tumulati. Ibi enim propter locus demonstrat quod tunc erat cenaculum grande ubi discipuli paruerunt pascha christi iubente. ubi scilicet agnus pascalis quem in ultima cena christus cum discipulis comedit dicitur fuisse assatus sive igni coctus. Ubi etiam aqua illa fertur calefacta. cum qua discipuloz suorum dominus pedes lauit.

Ilic in primo est locus ubi dauid penitentia agens per occisionem Uri. quem in bello in aciem ut interficeretur iussit constitui. septem psalmos quos penitentiales appellamus. spiritu haud dubium renelante diuino dictauit. ubi modo Indiani claustrum sibi fecerunt. Omibus

bis in locis supra assignatis est indulgentia septennis cum totidem carenis. Quibus peragratis. in monasterio intra ieiunium montis Sion. ubi satis pulchra et testudinata est ecclesia. eratque ob nostrum ut reor aduentum accuratus solito preparata et ornata preciosis tapetibus parietibus affixis et alijs ornamentis. que dux quondam Burgundie Philipus rna cum annuo mille ducatorum sub sidio dum vixit. per sua ad loca illa cotulit deuotione. ac fratribus inibi deo famulantibus sustentatione. Quod enim filius suus Karolus dum fuit in humanis etiam fecit. Nam et successor eius modernus dominus illustrissimus atque victoriosus dux burgundie Maximilianus. ipsum idem super imitata exemplum predecessorum. Non illuc ingressi nobis peregrinus. solenne officium missae fratres ipsi celebrauerunt. quo expleto sacris omnibus ieiuniis ornamentis. processione quanda fecerunt. quam nos ex more sequemur. Ducebamur autem inter processendum ad hec loca.

Primum ad locum ubi nunc est altare maius. ubi christus cum discipulis suis ultima cenam fecit. et post agnum typicum corpus suum instituit in sacramento. a suis deinceps sumendum. simul et sanguine suum preciosum bibendum. Ibi est remissio plenaria omni peccatorum.

Ibi prope ad dextrum cornu altaris supradicti. est locus ubi christus discipulis suis pedes lauit.

Deinde venimus in locum extra chorum ubi spiritus sanctus in linguis igneis die pentecostes super discipulos venit.

Ibi subtilis est capella illa de qua supra habitum est. in qua vicem est regum et prophetarum israel sepulchrum. in quod per fenestras quandam introsperimus. nam ingredi nemini licet christiano phibentibus paganis. In ipso loco iterum plenaria est remissio.

Inde paululum progressi. venimus in locum ubi christus post resurrectionem suam discipulis suis ianuis apparuit clausis. et post octo dies dum iterum essent discipuli congregati et Thomas cum eis. iussit thome inferre digitum suum. et manus afferre et mittere in latus suum ut Johannes scribit. Ibi est indulgentia septennis cum totidem carenis.

Finita processione inuitati sui unus a Cardano et fratribus illius ut est de more manducare cum eis. per quo et alijs eorum officiis et obsequiis nobis crebro et humaniter exhibitus. refusione sponte propria fecimus codicinam.

Deinde redeentes ad hospitium nostrum. in via quandam intra ieiunium ecclesiastica quam Jacobite inhabitat. quo in loco Herodes sanctum fecit decollari apostolum Jacobum maiorem. Ibi iterum est indulgentia septennis cum totidem carenis.

Inde non longe est locus ubi christus post resurrectionem suam marie magdalene et alijs deuotis mulieribus apparuit in via. quando de monumento venerunt. dicens eis Ave. que

accesserunt et tenuerunt pedes eius, ubi iterum est indulgentia septennis.

Et quia nocte subsequenti in templū dominici sepulchri eramus intramittendi, iuxta veterem consuetudinem paululum nos dedimus quieti, in hospitali manentes prefato ad paucas horas.

Et nota quod civitas Hierusalē sita est in loco multum eminenti, et de ea videtur tota Araby et mons Abarim et Nebo, et phasga planicies Jordanis et Jericho et mare mortuum usque ad petram deserti. Nec vidi civitatem sive locum qui pulchriorem habet prospectum. Ad ipsam autem ascenditur ab omni parte, quia sita est in loco altiori, qui est in terra illa preter quod Sylo que distat ab ea per duas leucas.

Hec est disposatio et figura templi domini sepulchri ab ext.



ante templū sepulchri domini locato, ē lapis iste sup quo christus baniās tecā dit

De ingressu in templum dominici sepulchri, et processione inibi facta ad loca sacra.

**O**de. xiiij. Julij hora vesperarū in ipm reverandū dñici sepulchri templū a paginis id est rectoribz ipi⁹ ciuitatis sancte Hierosolyme suim⁹ admisi et numerati, ostijs p̄ eos aptis, p̄ qua re unusquisqz nosti u quinqz exolut ducatos nec yncqz alias hoc aperit templū ab eis, nisi vel ppter aduenientes pegrinos vel fratres mutandos qui ibi p̄ custodia deputant. Moxqz nobis intramisis templū clauerūt. Intrauerūt aut̄ nobiscū Hardianus ip̄e et plures suor̄ cōfratrū. Quāprunū

autem deuotus quisque christianus vel peregrinus in templu hoc pedem posuerit. plena  
riam consequitur remissionem.

**E**s autem hec dispositio templi eiusdem sacratissimi. Ecclesia ipsa rotunda est. et haberet per  
diametrum inter columnas. lxxviii. pedes. absidesque habet per circumfum a muro extero  
ri ecclesie decem pedes super sepulchrum domini. super quod in mediu eiusdem ecclesie est apertura  
rotunda ita ut tota crypta sancti sepulchri sit sub domino. **H**alagathana autem ecclesia adhuc ret  
isti. et est oblonga loco chori ecclesie sancti sepulchri adiuncta. sed parum dimisiorum. sunt  
tamen ambo sub uno tecto. Spelunca in qua est sepulchrum domini habet in longitudine octo  
pedes. in latitudine similiter octo vndeque recta marmore exteri. sed interius est rupes  
una sicut fuit tempore sepulture. Ostium ad hanc speluncam intrat ab oriente demissum  
valde et paruum. Tumba vero sancti sepulchri est ad dexteram intrantis iuxta parietem ad  
septentrionem de marmore grisei coloris. alta a superficie pavimenti tribus palmis. longa  
pedibus octo. sicut est interius ipsa crypta sive spelunca. et ex omni parte clausa nec lumine po  
test haberi intrinsecus ab extrinseco. quod nulla fenestra est mittens lumen intus sed pendet  
nouae lampades super sepulchrum domini ministrantes lumen intus. Alia etiam spelunca est an  
te speluncam istam scilicet sepulchri eiusdem longitudinis et latitudinis et dispositoris in eis et extra  
et videns iste due extra existenti esse unam. sed cum interioris fueris videbis eas ab iniuice pa  
rietem per mediū separatas. Intra autem prima ista et deinde alia in qua est sepulchrum. in ista  
exteriori intraeunt mulieres quae dicuntur. Quis reueluet nobis lapide? Et iste lapis  
erat adiutus ostio speluncae interioris et iacet hodie magna pars eius ante ostium speluncae  
interioris. cui fuerit adiutus in medio istius. Alia pars eius translata est in montem  
syon per lapide supponendo altari quem etiam ibi vidi. **D**ons calvariae in quo dominus crucifixus est  
distata a loco sepulchri per septingentos pedes. et ascendens ad locum ubi crux infixa fuit rupi  
decem et octo pedes a superficie pavimenti ecclesie. scissio petre eiusdem in qua crux fuit fixa.  
tante capacitate est ut caput bovis recipiat. Haec ego in ea imposui caput meum et descendens  
in longitudine eius de loco crucis infixionis versus ad pavimentum ecclesie inferi post de  
cem octo pedes. et color sanguinis domini nostri Iesu Christi apparet hodie in ipsa scissione pe  
tre. et scissio ipsa erat sub manu eius sinistra. Altare etiam edificatum est iuxta eundem locum ma  
nus sinistra valde decorum et pulchrum. De marmore pavimentum huius capellule stratum est  
totum et parietes de marmore sunt tecti et operis musivo decorati de auro purissimo. Locus  
vero in quo crux fixa est. est fossa profunda duabus palmis et ita capax. quod in ea posui ca  
put meum. De calvaria protra orientem vigintiquattuor pedibus est altare quoddam sub quo est  
pars columnae. super quam dominus fuit flagellatus illuc translata de domo pylati. et sub lapide por  
firico subnigro habentes maculas quasdam rubeas naturaliter. quas credit vulgus tinctu  
ras esse sanguinis Iesu Christi. Alia pars columnae dicitur translata esse in Constantiopolim.  
De altari columnae huius contra orientem ad decem pedes. descendens per gradus quadra  
ginta octo. ad locum ubi ab Helena fuit crux inuenta. Et est ibi capella. et duo altaria lon  
ge infra terram. Ille locus in quo crux fuit defossa videtur mihi fuisse unum de fossatis ciuitatis  
in quod crucis depositis corporibus missis fuerunt. et desuper sordes ciuitatis portate do  
nec per Helenam loco mundato crux est inuenta. Prope ciuitatem enim erat locus passionis. et  
ortus in loco illo. Locus vero ubi stetit beata virgo cum mulieribus alijs iuxta crucem non  
fuit sub ipso brachio crucis ad aquilonem sicut volvitur quidam. sed ante faciem filii fere ad occi  
dente. **D**emonstrat enim locus stationis eius protra faciem filii pendentes in cruce sub monte  
et rupe. in qua crux fuit fixa. et venerationi habet a fidelibus. quem locum etiam plures videntur.  
Ipsa etiam Christus in cruce pendens faciem vertit contra occidente ut volvitur quidam. quod prout ex eo  
quod vorago illa magna de qua dictum est supra. quod fuit ab occidente per fossata ciuitatis erat res  
tro crucem. et in ipsa erat crux plecta et postmodum inuenita. ut dictum est paulo ante. Multa al  
taria sunt in ecclesia ista et decem. posita et ornata. Ante ostium occidentalem huius ecclesie  
foris. est locus ubi maria egyptiacum orans ante imaginem beate virginis cum diuinis res  
mota fuisset volens intrare templum consolationem per responsum beate virginis receperit. Reliq  
loca templi huius quod nocte haec precedentibus fratribus minoribus et demonstrantibus. processio  
maliter circumcurrentes. deuote visitauimus sunt hec ut magis in specie explicitent. e iiiij

**I**n primis capella dñici sepulchri de qua iam habitu est.  
Hecinde capella quedā in honore virginis gloriose Marie cōsecrata quā Gardianus et  
fratres sui ingressi sacris se vestib⁹ induerūt et iterū solennē pcessione cū letania incho-  
auerunt quos nos sequebamur euestigio ad summū altare eiusdē capelle accedentes.  
Est enī ibi loc⁹ ille rbi xp̄s primū oīm sue dilectissime post resurrectioz apparuit matrī.  
Item in eadē capella est frustū quoddā siue ps columne ad quā xp̄s ligatus fuit in do-  
mo pilati flagellatus et est indul. ibi ple. 7c. Aliud quoddā eiusdem columne frustum  
equalis magnitudinis est Rhome ad sanctā Praxedē Item aliud simile frustum est lug-  
duni in ecclesia maiori. Item aliud est altare in dicta capella ad sinistrā maioris altaris.  
vbi longo tpe sancta crux stetit integra et tota postq̄s a sancta Helena fuit inuicta. Estq̄  
ibi pars quedā eiusdem sancte crucis reseruata. Ibi est indul. septen. Item in medio illius  
capelle est lapis quidā rotundus ex marmore et est ibi loc⁹ rbi dñica crux superposita  
cuidā mulieri defuncte per eius resuscitationē a ceteris fuit discreta que ibi etiā reperte  
fuerunt et est ibi indulgentia septennis.

Item ipam egressi capellā duos alios et Marmore reperimus lapides albos et rotun-  
dos in quoz altero est locus rbi xp̄s post suā resurrectionē apparuit marie magdalene  
in specie ortulanī in altero vero locus rbi ipa stetit quando noīe suo vocata respondit.  
Raboni 1c. Ibi iterū est indulgentia septennis.

Inde pcedendo in templo. alia quandā intravimus capellā in rupe quadā edificatam.  
vnu habentē altare dumtaxat. ibi est locus ille vbi christus mansit detenus donec cruci  
sibi pararetur. Ibi iterū indulgentia est septennis 7c.

Inde ppe alia est quedā capella vnicū habēs altare. ibi est loc⁹ ille rbi crucifixores xp̄pi  
dimiserūt sibi vestimenta sua. sorte mittētes sup ea. Et est iterū septennis indul.

Inde per triginta gradus lapideos. in aliā quandā descendimus capellā sancte Hele-  
ne titulo pnotatā. rbi etiā ipa suas exegit deuotōes ibi manēs post sancte crucis inuen-  
tionē. Ibi etiā est locus quē ipa fecit effodi rbi sancta crux latebat et fuit ibidē pri⁹ in-  
dulgentia septennis dumtaxat. sed H̄ic tūc papa. iiii. dedit ibidē plenariā remissionē 1c.

Inde adhuc p vndecim gradus descendim⁹ in rupē quandā. et est ibi spelunca viginti  
duos in longitudine habēs pedes. et illic crux sancta. lancea q̄z et clavi atq̄s corona spi-  
nea reperta fuerūt. anno post xp̄i passionē tricentimo septimo. et est ibi plenaria remis-  
sio 7c. Ex hoc vero lacu ascendimus. atq̄ pcedendo accessimus ad quoddaz altare in  
templo. sub quo lapis quidā est ad modū columnē. sup quē xp̄s sedit i ptorio pilati. qn̄  
fuit coronatus spinea corona. derisus et oblit⁹ spuriis 7c. et est ibi indul. sep.

Inde adhuc ascendētes per gradus decē et octo. in monte venimus Caluarie. vbi xp̄s  
fuit crucifixus. et est ibi pulchra quedā capella testudinata. et sunt ibi semp. xi. lampas  
ardentes. eo q̄ locus valde sit sacer et venerabilis.

Ibi etiā est foramen in quo crux stetit in petra excisum. habēs triū palmarū. profunditatē  
latitudinē vero hodie nō nisi palme vnlus. eo q̄ lamina quadā cuprea circundatū fuit ne  
aliquid inde subtrahi possit. Ibi etiā spacio septē palmarū de loco sinistri brachij xp̄pi pen-  
dentis in cruce. et scissura magna in petra ita vt homo in eam possit locari. q̄ scissura per  
ipam petrā vscq̄ subtus terrā facta fuit. xp̄o moriente in cruce. Ibi etiā gloriosa virgo  
Maria. sanctus Johannes. et sancta maria magdalena vna cū ceteris sanctis mulieri-  
bus steterūt. paulo inferius tpe xp̄i passionis et mortis. et est ibi plenaria remissio 1c.

Sub monte caluarie descendendo ad sinistrā est alia quedā capella in honore virginis  
marie et sancti Johānis cōsecrata. in loco golgathā dicto. vbi etiā pdicta videt scissura  
descendēs a sursum vi dictū est per petrā totā vscq̄ infra terrā deorsum. Ibi etiā inuen-  
tum fuit caput pthoparentis nostris Ade. et est ibi indulgentia septennis 7c. Nec cū p-  
cessione descendit vscq̄ ad illū locū. De mōte vero caluarie ad locū illū pcessimus albo  
quodā lapide designatū. vbi virgo maria mater dolorosa sedit. habēs in gremio mor-  
tuū filij sui corpus depositū de cruce. mox sepulture tradendū. et est ibi ple. remissio.  
Tandem cum pcessione in supra memoratā venerabilē intravimus capellam ampliā et  
rotundam. in cuius medio gloriosum est dominicū sepulchrum. et lapis ille quo ipsum  
sepulchrum cludebatur est in ecclesia sancti Saluatoris. vt supra est habitum. Sunt

autem in domino sepulchro. xvij. lampades semper ardentes. et ante sepulchrum ubi est quasi  
quedam parvula capella semper tres habent accense lucerne. et est ibi plenaria omnium pec-  
catorum remissio.

Inde egressi reuertebamur in priorē capellam virginis marie honore celebrē. et unde  
initium huius fuit pcessione. ibi et finis.

Postea ipsa finita pcessione. quisq; corpus suū cibo et potu reficiēs. per reliquā noctis  
partē iuxta votū suū et libitū ib. it hinc inde ad loca sacra intra templū visitatū. Et depu-  
tatis confessorib; cōfuebant singuli peccata sua. illucescente die in aurora cōmunicaturi.  
Erat autē dies hec. xiiij. Iulij. quādo sub missa solenniter cantata in monte caluarie pere-  
grini cōmunicabant. Ego vero una cum nobilibus comitib; et baronib; in nocte ipsa  
intra dominicū cōmunicauimus sepulchrū tē.

De egressu ex templo domini sepulchri et locis alijs sacris  
intra Hierusalem.

**H**is omnibus peractis orto iam sole et clarissimis refulgente die vīcī terciadeci-  
ma Iulij. apertis templi ostiis per paganos qui nos intromiserāt euocaban-  
tur. exēentes ergo vidimus sepulchra christianorum regū versus meridiē in  
templo vīcī regis Delchisedech. et regis rvaldani. Item ducis Gottfridi de  
bulion primi regis Hierosolymitani. cui septē alii in eodē regno immediate successerūt  
qui et ibi sepulti sunt oēs honorifice satis. Quippe qui Hierosolyma et terra sancta re-  
cuperauit gloriolis claruerūt victorij et triumphis. regnū ipm Hierosolymitanū ere-  
ptum de manib; perfidorū per. lxxviii. annos. et xix. dies successivae administratētes.  
donec sub eorū ultimo videlicet Hildone iterum iudicione redactū fuit ut hodie est sar-  
racenorum ut infra latius patebit.

Item in templo in medio chori. quidam ostendit lapis modicū elevatus a terra. ro-  
tundum habens foramē. latitudinis palme vnius. vel paillominus. ubi dicitur esse cen-  
trum habitabilis terre.

Sunt etiam intra templum diuersae hominū nationes. in locis hincinde distinctis ha-  
bitantes. habentes alios et alios ritus et mores. atq; obseruationes ac ceremonias di-  
spares proorsus. qui omnes se christianos gloriant. pluribus tamē involuti erroribus  
et hereticis. de quibus pleniū infra dissolvemus. Sunt autem ante templū tres capel-  
le. quarum prima in honore omnium angelorum. altera sancti Johannis baptiste. tercia  
marie magdalene est cōsecrata. et est in qualibet earum indulgentia septennis cum to-  
tidem carnis.

Item prope templum retro montē caluarie. petra quedam lata ostendit. super quam  
dicitur Abraam filium suum Isaac voluisse immolasse. et illuc prope est olina quedam  
peruetusta. in qua Abraam circumspicēs. vidit arietem herentē cornibus. quem acci-  
piens. ad iussum angelū immolauit loco filij sui Isaac.

Inde nō longe in muro templi monstrat altare immuratum. sup quo Delchisedech ob-  
tulit sacrificiū suū. presignas qm̄ per chritū. verū illuc sacrificiū in cruce offerendū.

Item ante templū ad decē passus. est lapis quidam positus in signū q̄ christus ibi crucē  
bāculans. pre amentia et debilitate cecidit in terrā sub cruce. aliis quoq; lapis ostendit  
prope murū qui adhuc sanguinis christi vestigia et insignia prefert.

In crastino id est die. xiiij. Iulij. sacra visita uimus loca. precedentibus et ostendentibus  
nobis Gardiano et aliquibus fratribus eius. audita prius missa in hospitali sancti Jo-  
hannis. itaq; pcedentes per viam illā longā. per quā et christus de domo pilati usq; ad  
crucifixionis locū ductus est. ad subscripta ex ordine deuenimus loca.

Item ad domū sancte Veronice que ad passus quingētos et quinquaginta distat a do-  
mo pilati. ubi tps eius populo imaginē faciei sue impressit q̄ hodie habet.

Item ad domū diuitis epulonis qui sepultus est in inferno.

Item ad quoddā biuum ubi multe mulieres stabant. que dominū lamentabant dum  
duceretur ad mortē. quibus et dixit. nolite flere super me filie Hierusalem. sed sup vos  
ipas flete et super filios vestros.

Item iterū ad quoddā biuum. ubi est loc⁹ in quo iudei angariauerūt Symonē cyrenē

venientem de villa ut tolleret crucem post **Iesum**.

Item ad locū rbi beata virgo stetit qn filio suo obuiavit crucē portanti. rbi et p' nimio dolore amens fuit effecta. In eodē loco sancta Helena ecclesiā quandā edificauit. que omnino desolata hodie cernit et destructa. Nec tñ aliquis paganorū in eodē loco edificare p̄t. diuino ut credis miraculo. nam id sepius attentatū est: et semp cōpertum q̄ nulla ibi potest manere structura.

Item ad quandā strata siue vicū. rbi arcus lapideus stat superpositus vīe. sup quē duo ridentē lapides albi et lati. in quoꝝ altero xp̄s stetit qn mortu fuit adiudicatus. In altero vero pylatus quādo in eum sententiā tulit ut crucifigere.

Item ad domū pylati in qua xp̄s fuit flagellatus. ligatus. p̄cussus. coronatus. et multis alijs iniurīs et obprobrijs affectus. nec aliquis peregrinorū in domū illā intromittit. nisi forte ex gratia et fauore speciali. et seorsum atq̄ occulte. quo mō et ego cū paucis nobilibus intrare suimus p̄missi pecunījs datis.

Item ad domū Herodis q̄ est ad sinistrā iam dicte dom⁹ pylati ascendēdo. in quā xp̄s inductus herodi fuit p̄sentatus. et a iudeis accusat⁹. ac tandem ab herode spretus. et veste alba induitus. Et est ibi scola puerorū infidelium. Item ad domū in qua marie magdalene dimissa fuerunt peccata.

### De templo Salomonis.

Item ad locū rbi forinsecus vidim⁹ templū Salomonis. ope rotundo. et greco labore fabricatū. altū valde et amplū. plumboḡs tectū magnis sectis et politis lapidib⁹ edificatū. Hug ambitū illius templi eclipsim lune posuerūt pagani. sicut solē facere in suis ecclesijs cunctis. in quarū ingressu cōter dimidiā locant lunā. Et est ante templū illud quedā lata planicies marmoreis lapidib⁹ strata. Prope illud templū est quedā lōga ecclēsia. plumbō desup tecta. quondā dicta porticus Salomonis. s̄ dū Hierusalē sub ditione fuit xp̄iane p̄ ecclesia ipa a beata virgine maria nomē fuit sortita. ita q̄ templū marie virginis vocabat. et habet in eo Harraceni octingentas lampades semp ardentēs. In templo vero Salomonis septingētas. Hā et porticus in magnitudine templū Salomonis excedit. Iuxta illud templū modernus Holdan⁹ nouā edificauit ecclēsiā siue muschkeam. in qua et ego fui ipa die sancte Braxedis virginis. et semp. lxxxviiij. lampades in ea habentē accense. Et q̄ mire magnitudinis ecclesia ipa. Sub ipa ecclesia beate virginis q̄ et porticus dicit Salomonis est structura quedā subterranea. mirabilis et lata. sic q̄ sex centi equi comode ibi possent locari. Hanc ecclēsiam inhabitat pagani. nec facile permittut christianos introire.

Item Harraceni templū Salomonis in magno habet honore. nullas in eo immundicias sustinētes. Hā et nudis pedib⁹ illud ingrediunt̄. et rupem sanctā appellat nō templum dñi. et id hac rōne. q̄r in medio illius templi rupes est quedā pua. ferrovndiq̄s cancellata. et sicut nobis retulerūt apostole xp̄iani. quos nos mammelucos cognolamus. nullus sarracenoꝝ aut infidelius eidē rupi aliquatenus audet vel p̄sumit appropinquare. Veniūt tñ ipa longinquis pribus. rupem illā deuotc visitantes. Ult̄a enī magna mirabilia in rupe illa legunt̄ facta.

Item in primis nāc Welchis edech sacerdos dei summi sup eā panē obtulit et vīnū. Item iuxta illā Jacob patriarcha dormiuit. riditq̄s in somnis sup eā scalā stantem. cui⁹ summitas celū tangebat. et angelos ascendētes et descendētes per eā. Item dauid vidit sup eam angelū dei habentē gladiū euaginatū. Item sup illā sacerdotes templi holocausta ponebant. que ignis diuinus totaliter absumpsit.

Item in illā rupē fertur Jeremias p̄pheta arcā federis miraculose inclusisse tpe captiuitatis Babilonice. et dixisse spiritu p̄phetico. locus iste manebit incognitus donec miserebit dñs populo suo. Hinc arbitrant̄ multi arcā candē adhuc ibi esse inclusam.

Item sup illā rupem xp̄s fuit oblatus qn Symeon iustus accepit cum invlnas suas.

Item sup candē ip̄e Jesus adhuc duodenis sedit in medio doctoz audiēs et interrogans eos. atq̄ postmodū cū esset trīginta annoꝝ. sepius sup eā sedēs / populo p̄dicauit.

De ipo templo Salomonis multa egregia refert scriptura. que nō est necesse hic q̄ singula explicare.

Deinde venimus ad portam sancti Stephani per quam ipse eductus non longe ab ea fuit lapidatus. Ibi etiam videtur locus ubi sanctus Paulus tunc quidem Saulus stetit quando iudei Stephanum lapidantes, vestimenta sua deposuerunt secus pedes eius. Ibi etiam porta aurea fuit nobis demonstrata, per quam christus in die palmarum sedens in asino Hierusalem introiit. Nec aliquis christianorum accedere eam proprius permittitur, sed quicunque peregrinorum illam prospiciens versus eam orauerit, omnium peccatorum suorum plenaria coequitar remissionem.

*De descensu in vallem Josaphat.*

**H**inc in vallem Josaphat descendimus ad torrentem Cedron, qui est iuxta quidem tempore aquis caret, sed verno tempore et presenti circa tempus quadragesimale copiose illis abundat. Pontem habet lapideum in eo loco quem sancta Helena costru fecit, ubi lignum illud iacuit ex quo crux christi facta fuit. Dicitur quod lignum illud fuerit riale sive yta per ripam illam quodque regina Sabina noluit transire, neque pedibus suis ipsum contingere, eo quod cognouisset in spiritu redemptorem mundi in eo passurum.

Inde non procul venimus ad quandam ecclesiam beate virginis titulo et sepulchro insignem, grandem et testudinata, estque descensus in ea per gradus quadraginta octo, et ibi sepulchrum virginis gloriose ex albo marino factum paulo latius christi sepulchro, potestque ibi celebrari sicut et super sepulchro christi. Et habet duas ianuas quae ingressuatur vel egrediatur. Illic intemerati virginis gloriose corpus, eius post mortem ab apostolis honorifice traditum sepulture, sed tercia post die ut pie creditur assumptum fuit in celum, anime virginis beata resurrectione unitum. Est ibi plenaria remissio.

*De monte oliveti et locis sacris in eius ascensu.*

**H**inc egressi ecclesiastes ad sinistras, venimus ad pedem montis oliveti, unde paululum ascendentes accessimus locum illum sub rupe quadam cōcaua, ubi christus orans positusque in agonia factus est sudor eius tanquam gutte sanguinis decurrentis in terram. Ibi etiam videtur lapis super quem angelus stans confortabat eum. Inde descendentes quantum iactus est lapidis, venimus ad locum ubi Christus Petrus Jacobum et Joannem reliquit dices eis, sedete hic donec vadam illuc et ore.

Inde ascendimus denuo in locum illum ubi sanctus Thomas apostolus fertur cingulum virginis gloriose accipisse dum ipsa assumetur in celum. Inde procedentes intramus ortum in locum ubi christus fuit captus, et ubi Petrus abscondit malcho auriculam. Ibi prope ostenditur locus signatus lapidisbus ubi Iudas osculo Christi tradidit iudeis, ubi et iudei ipsi resupini cadebant Christum eos interrogante et dicente, quem queritis. Adhuc amplius ascendentes in eum pervenimus locum, unde christus videlicet civitate Hierusalem in die palmarum fleuit super illam dicens, Si cognouissetis et tu tecum.

Inde altius scandentes illo perrexiimus, ubi angelus domini palmam dicitur virginis gloriose detulisse, atque diem mortis eius sibi prenunciasse tecum.

Unde paululum progressi inter ascendendum venimus in collem quandam cui nomen est galilea. Et est locus ille de quo angelus christi annuncians resurrectionem dixit discipulis, precedet vos in galileam ibi eum videbitis sicut predixi vobis. Nam et ante passionem suam christos eis promiserat dicens, postque autem resurrexero precedet vos in galileam, id est locum iam memoratum, non regionem galilee que longe distat a loco isto.

Tandem in cacumen montis venimus, ubi est ecclesia quedam in eo fabricata loco unde christus videntibus discipulis elevatus est in celum, et nubes suscepit eum ab oculis eorum. In eadem ecclesia prope ingressum est lapis quidam super quem christus stans ascendit in celum, in quo adhuc pedum eius relicta vestigia cernuntur et presenti perdis detiri. Distat autem locus ascensionis christi ab Hierusalem leuis communibus tribus, et illuc prope locus est unde mare mortuum prospici potest, ubi quondam civitates quinq[ue] videlicet, Dodona et Homoera et alie stabant, cum adiacente provincia, postmodum in ultione peccati contra naturam submersa. Distat vero ipsum mare mortuum

ab isto loco miliaribus septem. et tamen vir ad dimidium distare videtur.

**D**e locis in descensu montis Oliveti.

**T**eritur per aliam viam descendentes de monte oliveti. Primū in quandā venimus ecclesiā rbi sancta Pelagia requiescit. ubi etiam dum viueret rigidissimā penitentiā et arduissimā exegit. Inde paulo post venimus in villā Bethpha-

ge vnde xps misit duos discipulos Hierosolymā die ipa palmarū dices cis.

**I**te in castellū qd̄ contra vos est: et statim inueniens asinā alligatā ē.

Inde haud procul venimus in ecclesiā sancti Darcii euangeliſte. quo in loco apostoli

post christi ascensionem symbolum fidei cōdiderunt. singuli singulos articulos sp̄itu

haud dubium dictante diuino deponentes.

Inde iterū nō longe est alia quedā desolata ecclesia in eo loco quondam cōstructa. ubi christus discipulis suis modū orandi tradidit dicens. Cum oratis ita dicite. Pater no-

ster qui es in celis ē. Inde paululū deſcendentēs ad lapides quendā venimus. sup

quo virgo gloriōsa maria solita erat quiescere. quādo loca ista sacra frequēter peragrās

atq; deuotissime visitans sepius fatigabatur.

Postmodū ad ecclesiā sancti Jacobi minoris primi Hierosolymoz episcopi deſcendi-  
mus. In eo loco christus post suā resurrectionē eidem apostolo apparuit. in quo etiā lo-

co post mortē suā sepultus fuit. licet postea inde fuerit translatus. Nam iudei ipm oſten-

dentem xp̄m esse filiū dei: de pinnaculo templi precipitauerūt. et cum adhuc conſtanter

xpm predicaret. quidā cum partica fullonis cerbri eius excusit.

Inde nō longe sepulchrū exiat Zacharie pp̄hete. vnde profecti in locum venimus rbi.

quondam erat villa Bethsemāni.

**D**e locis in valle sub monte Oliveti.

**A**ndem in vallem vsq; deſcendimus rbi turris quedaz stat. in qua Absolon  
dicitur fuſſe ſepulcrus. et ibi eſt magnus acerius lapidū. quia pagani via illa  
tranſeuntes. lapides per fenestrā quandā in turrim p̄içunt. quali exprobrā-  
tes et vindicare volentes eius inobedientiā et rebellionē aduersus patrē ſuū  
david. quē fugatum de ciuitate perſequebat vi habetur. n. Regum. xv. et tribus ſequen-  
tibus capitulis. Inde veniunt in vallem Siloe. In pede vero montis oliveti ad levam  
locus ostenditur rbi Judas laquido ſe ſuſpendens. crepuit mediū. In huius vallis sy-  
loē introitū. fons quidam ſatis clarus reperitur aliquantulum ſub terra ſcaturiens. rbi  
virgo gloriōſa pamnos illos ſepenumere lauit. quibus filium ſuum adhuc infantulum  
inuoluit. Inde venimus ad natatorię Syloē. ad quam christus cecum natum cum fe-  
ciſſet lumen ex ſpuro et inde linuifſet oculos eius dicens. vade et laua in natatoria  
ſyloē. Qui abiit et lauit et venit videns. que hiſtoria per longum teſtitur. Jobannis no-  
no capitulo.

Inde pergentes locum illum vidimus iuxta arborem quandā. rbi Eſaias prophetā li-  
gnea ſerra per medium ſectus fuit illiſſu Sedechie regis. Et eſt ibi ortus oleruz ē. Ibi  
etiam multe ſunt cauerne et latibula ſiuere receptacula. in quib⁹ apostoli et alij sancti plu-  
res ob metum iudeorum latuerunt.

Inde digrediſſi ad agrum peruenimus Achaldemach. id eſt agrum ſanguinis. qui em-  
ptus fuit triginta argenteis mercede ſcilicet christi traditionis in ſepulturā peregrino-  
rum. et valeat tres ex illis denarijs vnum ducatū. Eſt autē ager ille predictus quatuor  
mūris inclusus in modum turris. ſuperius testudine cooperitus. habens foramina de-  
ſuper distincta ſeptem. per que defunctorum corpora christianorū intus proceuntur.  
fecitq; eum sancta Helena in hanc redigi clauſuram. Eſt autem latitudinis quinqua-  
ginta pedum. longitudinis vero ſeptuaginta duorum.

Omnibus his visitatis locis Hierosolymā rcuercebantur ex itinere tanto nō nihil fati-  
gati. iam enim refectionis hora instabat. qua expleta quieti fessa dedimus membra.

**D**e transitu in Bethlehem et de locis adias-  
cenibus.

**V**espere itaq; facto, die qua supra id est, tunc. Iuli que festum erat diuisionis apostolor; in monte Syon perrexit ad fratres, ubi paratos inuenimus asinos, quibus ascensio in Bethleem usq; perauimus, que quinq; leucis ab Hierusalē distat. Exeuntes autem Hierosolymā ad duo miliaria, venimus ad locū ubi stella reapparuit magis, q; disparuerat ipis Hierusalē intrantib; de qua **D**atus dicit. Ecce stella quā viderāt magi in oriente antecedebat eos: usq; dū venies staret supra ubi erat puer. Deinde ad quandā venimus ecclesiā cōstructam in loco ubi p̄pheta **H**elias natus fuisse perhibetur.

Inde nō longe locus ostendit ubi angelus dñi Abacuc p̄phetam cincinno capitulo sui sublatum, transtulit in Babiloniā, depositumq; iuxta lacum leonū in quo erat Daniel, p̄pheta quē Abacuc allatis cibis et pomis aque refocillauit. Ibi p̄p; loc⁹ est in quo patriarcha Jacob morat⁹ dicit. ubi et sepulchrū est Rachelis sue cōthoralis sub queruī rē. Inde in Bethleemyusq; pergentes, ad ecclesiā mire pulchritudinis quenamus in honore virginis cōsecratā, longitudo eius ducentor; vigintiocto pedū, latitudo vero octoginta septē. Vox ubi illo venimus, fratres minores p̄cessione ordinauerūt, quā nos accensas gestantes in manibus candelas: eiusstigio sequebamur. Primūq; venimus per ambitum monasterij ad quoddā altare, ibi est locus ubi christus est circumcisus. Inde p̄cessimus ad aliud quoddā altare, ibi est locus ubi tres reges munera suis aptabant et dona: dño offerenda.

Inde per gradus quosdā lapideos descendimus in quandā capellā pulcherrimā sed parvā, secus cuius altare manus est locus xp̄i natūritatis quandā diuersorū, locus ubi q; sacratissimus, ubi puerpera beata virgo maria solē iusticie regē peperit superemū. Inde p̄cedentes venimus ad aliud quoddā altare sub rupe quadā excisum, ubi magi dño aurū thus, et mirrā obtulerūt. Ante dictū altare est loc⁹ ubi erat p̄sepe in qđ beatissima virgo et mater natū filii reclinauit, vīlibus panniculis inuolutū. Retro vero dicatum altare multa sanctorū. Innocentū ibidē ab Herode intersectorū corpora multo tpe incognita iacuere. Unde in ambitū monasterij reuertentes, in aliā quandā per gradus lapideos descendim⁹ capellā, in honore gloriōsi Hieronymi dedicatā, ubi et corpus suū multo iacuit tempore humatum, donec tandem R̄boniā ad sanctaz mariā maiorem fuit translatum. In eodem loco ipse gloriōsus et laberiosus doct⁹r ecclesie bibliam de hebreo transtulit in latinum, et grecū, et mansionē illuc multo tempore habuit, suaq; eximia peregit denotionē simul et p̄fessionē. Illic non longe aliud est quoddā altare, ubi sanctus Eusebius eiusdē Hieronymi discipulus et imitator studiosus fuit sepult⁹. Inde exeuntes in ambitū sepelicti venimus monasterij, ubi terminata p̄cessione illuc quievimus, manducauim⁹, et bibimus, mansimusq; usq; post mediā noctē, exiūc enī fratres missas celebraverūt in locis supradictis donec illucceceret. Latior ipius Bethleem et locorū ei adiacentū descriptio infra habetur.

De reditu ex Bethleem in Hierusalē.

**M**ane igit̄ facio die, xv. Iuli regredi sum⁹ ex Bethleem in Hierusalē per aliā viā. Insidiātibus autē nobis paganis haud infēc̄s nostris cōductorib; nec obstante salua guardia, inualerunt nos Arabes et vigintiquatuor ducatos exegerūt a nobis, quos et soluimus ut viā redimerimus. Venientes aut̄ inter redeundū venim⁹ ad quandā ecclesiā desolatā dictā ad sanctū Nicolaum, q; distat a Bethleem per leucā vñā, ibi sanctus Paulus prim⁹ heremita, et sanctus Eustachius perhibent̄ fuisse sepulti. Illic p̄p; alia est quedā ecclesia ad beatā virginē nuncupata, in eo loco ubi xp̄o nato angelus ad pastores ait. Annuncio robis gaudium magnū, qz natus est nobis hodie salvator mundi. Et eadē ecclesia nullus lapis a paganis quaciq; p̄ subtrahi virtute aut ingenio vel arte auferri. Qui vero id presumunt vel subito p̄clitan̄ vel etiā moriunt̄, sed nec iumenta puta equi vel asini illi p̄nt loco absq; p̄culo p̄inquarent certa cōperum⁹ relatione. Ibi etiā p̄p; sunt grandes quedā olive in loco ubi facta est angelo priori multitudine celestis exercitū lalandantū et dicentū nato īa xp̄o gloria ī excelsis deo. Inde nō longe est quedā capella in eo loco ubi angelus dñi in somnis apparuit Joseph

dicēs. Surge et accipe puerū et matrē eius et frige in egyptū. et esto ibi usq; dū dicā tibi.  
Ibi enī est sepulchrū duodecim ppteratū. Ibi etiam mons quidā est in quo dāvid go-  
liam funda et lapide pstrauit. Ibi et ager Eos vbi idē dāvid lonē interfecit et usq;. sum.  
Inde ad domū venimus Zacharie. in quam post salutationē angelicam et christi cōce-  
ptionem virgo abiens in montana cum festinatione intravit et salutauit Elisabeth. can-  
ticumq; illud dulcissimū dictauit. Magnificat anima mea dominū. In superiori eius-  
dem domus loco. quondam fuit ecclesia hodie penitus delecta in eo fundata loco. vbi  
Zacharias repletus spiritu sancto pphetauit dicens. Benedictus dominus deus israel  
quia visitauit et fecit rē. Ibi etiam postulans pugillarē. scripsit de filio suo Johannes  
est nomen eius. Ibi ppe ostenditur locus nativitatis ipius christi pcursoris Johannis.  
Fuitq; ibi quondam ecclesia q; hodie desolata stabulum prestat iumentis asinīs et equis.  
Postea ad Symonis iusti et timorati habitationē venimus. qui christum presentatū  
in templū: in vlnas suas accepit dicens. Hunc dimittis dñe seruū tuum in pace rē.  
Paulopost ad duas leucas ab Hierusalē ad quoddam venimus claustrum ad sanctum  
crucem appellatū quod greci monachi inhabitant. in quo iuxta maius altare olim ar-  
bor quedam dicitur stetisse. de cuius ligno crux christi dicitur facta fuisse. Prope illud  
monasteriū dicit quondam fuisse ornis egregius et cōclusus Salomonis.  
Inde pergentes Hierosolymā. vidimus in valle claustrum quoddam quod ad sanctam  
Saba dicitur. qui illic quondam abbatis officio functus. plurimis prefuit monachis.  
quorum numerus ad. xiiij. milia dicit interdum excresuisse.  
Igitur die qua supra scz. xv. Julij Hierosolymā rediūmus circa horam prandij. facta  
q; refectione quicunq; paululū. co q; nocte subsequēti in templū dominici sepulchri  
secundo dicebamur admittendi. Nam ter in ipm peregrini ex more veteri intromittunt  
Adueniente ergo hora septima noctis. apertis templi ostijs ingressi. illic mansimus per  
noctem totā. et quisq; pro roto sancta visitauit loca. In aurora diei. crastine. id est. xvi.  
Julij ex nostris cēperegrinis ne bīibus pleriq; cingulū accipientes militare. et cōsue-  
tas ceremonias de more obseruationes peragentes clam ipis pagani qui id nō bene  
ferunt/gloriā adepti sunt militarem. Quibus rite expletis. fratres sepedicti missas in do-  
minico celebrauere sepulchro in loco crucifixionis christi mōte scz caluarie. quo facto  
iterū templū egressi: in nostro nos collegimus hospitio. quiētū refectioni cōgruam ope-  
ram dantes. co q; codē sero in Bethaniam equitare oportebat rē.

De transitu ex Hierusalem in Bethaniam.

**H**igitur die qua supra id est. xvi. Julij circa horā vesperarū. pfecti de monte  
Syon: venim⁹ in asinīs nostris in Beibania. q; est retro monte olivetū. distas  
ab Hierusalē quattuor leucas. Illic ecclesiā ingressi. monumentū vidimus in  
quo Lazarus iacuerat quadriduanus. quē Iesus a mortuis suscitauit. Inde  
nō longe est domus Symonis leprosi. qui rogauit Iesum ut manducaret cū eo. Et co-  
ibi dūcum bēnte maria magdalena afferens allabastrū vnguēti. secus pedes dñi astans  
incestanter crine soluto diua restigia eius osculabatur. lachrymis plena atq; irrigabat  
detergebatq; officio capillorum.

Ibi prope est domus Parthe hospitedñi. domus quoq; marie magdalene. quib; vi-  
sis Hierosolymā denuo repedauimus.

In crastino id est. xvii. Julij. cōtracum fecimus cum dñis in Hierusalem sup pductu  
et salua guardia usq; in monte Synai. et inde usq; in ortum balsami. de quo infra pat-  
bit in secunda buiūs operis parte latius.

De transitu ex Hierusalem ad Jordanem.

**P**osterū die. id est. xviii. Julij arripimus iter versus Jordānē. licet multe no-  
bis occurrerēt difficultates. perrexit utq; nobiscum aliqui ex fratribus mon-  
tis Syon cōcomitantibus simul et conducedentibus nos quibusdam pag-  
nis. propter Arabes ne in corū manus incideremus. unde et multam sati-  
erogauimus pecuniam. Transiūmus autem per montem Oliveti versus Bethaniam  
et tandem venimus ad quandā habitationē vbi quondam fuit claustrum. hodie vero

Ualico sermone terra russo. id est latine terra rubea appellatur. distans a Bethania milia  
ribus octo. Ibi est locus in quem Joachim secessit postquam ab Abiathar pontifice cum  
sua oblatione a templo factis in lege maledictus repulsus est. unde tali no-  
tatus obprobrio. et erubescens contibulum suorum oculos: domum redire noluit. sed cum  
pastoribus suis per dies aliquot remansit. donec ad angelum iussum tandem fuit regressus.  
Deinde per montana iter. xij. miliarium fecimus versus Jericho. et est via illa de qua in  
euangelio dicitur. Homo quidam descendebat ab iherusalem in Jericho. et incidit in latro-  
nes. Et enim hodie transitus ille satis periculosus. In Jericho multa legitur dominus  
fecisse. presertim in domo Zachei in qua et hospitio fuit receptus. ipso Zacheo de hoc  
plurimum gaudente. quod tam et tantum hospitem meruit habere.

Item ante Jericho locus ostenditur ubi cecus clamabat. licet prohibitus a turbis. Iesu  
filii dauid miserere mei. et mox visum receperit.

In Jericho nocte una gnocantes mane factio. ad iordanem perrexit qui est in spacio  
sextuplicati ab Jericho. et venimus ad eum locum ubi christus fuit baptisatus a Iohanne.  
Ibi quis ipsi iordanicis nos ablentes et balneantes a peccatis oibus mundari ex-  
optabamus. nam et ibi est plenaria remissio omnium peccatorum.

Est autem Jordanis iudee fluminis a duobus fontibus. quorum unus Ior alter Dan vo-  
catur. Jordanis nominatus. Nascitur autem sub libano monte. dividens Arabiam et Ju-  
deam. qui per multos circumfluit iuxta Jericho in mare mortuum influit. quod ipsum ab-  
sorber penitus et consumit. Hic flumen tempore messis triticee que solet in palestina ver-  
nali pateat maturascere. consuevit plus solito abundare. quod accidit ex imbris serotini  
inundatione. et ex niuum resolutione videtur. Iosue. iii. ubi sic habet. Jordanis ripas aluei  
sui tempore messis impluerat. Dic flumen in multis est privilegiatus. quod in primis  
regione fidelium iudeorum a regione incredulorum paganorum se ab Arabia separauit.  
Deinde quia coram filiis israel se aperuit. et eis ad terram promissionis transiit prebens.  
in arce domini et populi presentia se diuulsi. ut habet Iosue. iii.

Item quia lepra Naaman syri abluit et mundauit. ut habet. iii. Regum. v.

Item quia per sui diffusionem sanctitatem Helie et Helizel testimoniū perhibuit. quod utrius-  
que imperio obedivit. ut habetur. iii. Regum. vi.

Item quia ferrum contra naturam allatum aquarum non abscondit in fundo suo. intimo ad su-  
perficiem illud remittens. prophete qui perdidit ipsum videtur recipere eleuiavit. ut patet  
iii. Regum. vi.

Item quod ex tactu mundissime carnis domini sanctificari meruit. quo mediante dominus vim ge-  
nerativa aquis contulit et humane salutis sacramentum in aqua fieri ordinavit.

Item quia in Jordane Iohannes baptista. et celos apertos videre et vocem patris audi-  
re meruit. immo totius trinitatis mysterium baptizando dominum cognovit. patrem  
in voce. filium in carne. spiritum vero sanctum in columbe specie. ut habet Lutice. ii.

Inde ad ecclesiam sancti Iohannis baptiste properauimus exstructam in eo loco ubi  
ipse quondam in deserto morabatur. Fuit ibi ante tempora ista monasterium quod greci  
monachi inhabitabant. sed hodie est omnino desolatum. Ibi sanctus ipse Iohannes  
videns ad se veniente Iesum ut baptisaretur ab eo. dixit digito demonstrans. Ecce  
agnus dei qui tollit peccata mundi.

Ibi etiam locus est unde Elias in curru igneo raptus fuit in paradisum.  
Inde non procul ad letiam est claustrum quoddam in eo loco ubi sanctus Ieronimus  
rigidissimam legitur penitentiam fecisse. Illic patululum quieuiimus. postac profecti ad  
mare mortuum. prius tamen vallem illam inquisiuimus et intrauiimus ubi quondam  
sanctus abbas Saba monasterio prefuit. in quo quatuordecim milia monachorum  
feruntur fuisse ut supra etiam habitum est. Et quancumque nulle sint ibi indulgentie. tamen  
quia claustrum ipsum non longe aberat illuc accessimus.

**D**einde ad mare mortuum perrexit. ubi quondam Sodoma et Gomora  
valicque fuerunt ciuitates. nec est ibi aliqua indulgentia. Sed de hoc matet et ce-  
teris locis supra memoratis infra latius suo loco dicetur.

**I**n hoc mari in mortuo Tyrus serpens inuenitur unde tyriaca conficitur. Est autem serpens ille longitudinis dimidie vlnae. spissitudinis vero ad modum dighti vnius. diversis et cōmītis inter se coloribus respersus. Estq; cecus et tam noxio plenis veneno ut nullo ei possit remedio mederi. nisi precisione eius membra qd illo fuerit infectum. Procuratur autem serpens ille cum fuerit capiendus ad miram indignationē. virgule cuiuspiā percussione. unde et caput eius intumescit. et cauda ex cōcursu veneni de toto corpore in membra dicta. que subito uno dumtaxat ictu sibi amputantur. alioquin venenum extra eum nil valere.

**P**er mandato Soldani nullus Tyrus alio duci potest nisi ad Chayrū rbi ipse manet. Soldanus rbi et venalis reperitur unus dumtaxat.

**D**einde reuersi Jericho. ad mortē venimus quarentena cognominatū. et ascendimus in eum locum rbi christus ieiunauū quadraginta diebus et quadraginta noctibus.

**I**bi capella quedā est in rupem quandam incisa. estq; periculosus sans ascensus ille et descensus. et pro sui altitudine difficilis. unde et peregrini rarissime in eius usq; summā tatem cōscendunt. nos vero in cacumine eius fuimus. nō absq; labore ingenti et periculo. Quem descendentes. venimus ad fluuiū. Delisei cuius ipē sanauit aquas steriles et amaras qui est ad pedē montis. Juxta quem cōsedentes manduacuimus et bibimus fatigati ex labore ascensus et descensus. Dic fluit iuxta locū gal gale a parte australi usq; Jericho et ibi tandem influit in iordanem. Inde recreati paulisper Hierosolymam sumus regresi.

**R**eliqua huius itineris loca et alia mari mortuorum Jericho cōtermina infra latius habentur descripta.

**D**oc autem iter nequaq; est peregrinis absq; tutoribus siue cōductoribus paganis agredi tentandū. eo q; arabes his in locis desertis latitantes frequēter spoliant hoīes.

**O**nibus iūiū locis superius assignatis per nos visitatis atq; perlustratis plures ex nostris cōperegrinis ad recessum se parauerunt. pauci vero id est xvij. dumtaxat ex omni illa multitudine quorū deus tetigerat corda. nobiscū manere decreuerunt ad virginē gloriosam et inclitam martyrem Katherinā nobiscum pariter prosecuti.

**A**dueniente ergo iam die. xxi. mensis Iulij. que erat solennitas sancte marie magdalene. sole ad occasum vergente. alii in Rama usq; redierūt et inde Japha rbi quisq; in suam se recepit galeam. Quorum post recessum trigintaquatuor diebus nos Hierosolymis mansimus. quo expleto tempore omnibus necessarijs paratis. datisq; viē ductoribus. iter illud graue et laboriosum. aggressi fuimus versus montē sanctum Synai. Ceterum inter manendum Hierosolymus crebro et pluries sacra visitauius loca singula queq; diligentius perpicientes perq; scrutantes. Nam et bina adhuc vice in sanctum templū dominici sepulchri prece et precio suum admissi. ita q; quinques ipm intrauiimus. Sic et ad domū pilati datis muneribus clam et occulte bis peruenimus. et diligenter loca illa vidimus rbi christus fuit flagellatus. coronatus. et cruci adiudicatus. Est q; ibi plenaria remissio omnium peccatorum.

**S**ic et alia pleraq; loca sancta illo tempore perlustrauimus a cōfratribus nostris inuisa. Nam pre nimio estū qui tunc erat ire per deserta loca versus Synai nō poteram. et ob id morā traximus in Hierusalē longiore. Inimicente autē festo sancte Anne qd sub diem. xxvi. Iulij currebat. industria et patrocinio cuiusdam pagani. occulte in domum sancte Anne ingredi suimus pmisi. rbi quondam pulchra fuit ecclesia eius in honore fabricata. quā pagani hodie psuō habent vsu. et mischkeam ex illa fecerunt. nec permituntur peregrini illam introire nisi forte valde occulite. Ex illa ecclesia venimus in ambitum ei cōtinguum. et inde in cryptas quasdam subterraneas et tenebrosas quas accensis candelis ingressi venimus ad locum rbi beata Anna diem clausit extremum. Deinde in locum rbi ipa gloriosam virginē peperit Mariam. rbi et plenaria est remissio omnium peccatorum.

**I**bi de lapidibus particulas quasdam assumpsumus eo q; pregnantibus mulieribus

consolationi et medele forz dicantur.

**E**odem die in probaticam piscinam que prope dictam est ecclesiam venimus. ubi christus infirmos plures curauit. de qua et in evangelio Iohannis. v. habet. qd angelus domini statuto tempore descendebat in eam et mouebatur aqua et sanabat unus languidum et expectantium illic aqua motum qui primus in eam descendisset. Et est ibi indulgentia septennis cum totidem carenis.

**I**llis etiam diebus in alia pleraque loca perreximus que sunt propinquaque Hierusalem et in circumitu eius. de quibus iam nunc latius differetur.

**S**equitur cōpendiosa terre sancte descriptio. et singulorum locorum quorum habet nomina sequens pictura.

**A**d plenioram habendam noticiam et intelligentiam locorum illorum Hierusalem civitatem sancte adiacentium de quibus sacra in pagina cerbo fit mentio. potissimum in libris historicis veteris testamenti scz Josue. Iudicium. Regum. Paralipomenon. et ceteris. sed et noui testamenti pene singulis voluminibus. etiam ad declarationem evidentiorē picture et descriptionis terre sancte que hic habetur. subscriptam inserui terre sancte divisionē que valebit nōmīnū qd multum deseruerit predicanibus et legentibus frequenter scripturas presertim memoratas.

**H**icendum autem in primis qd terra ista quam sanctā dicimus. que cecidit in sortem duodecimi tribuum israel pro parte aliqua dicebatur regnum iudee. que erat duarum tribuum scz Jude et Beniamyn. Pro parte altera dicebatur regnum Samarie civitatis scz. que nūc habeste dicitur. Et erat caput decem tribuum reliquarum que israel dicebantur. Utrūq; tamen regnum istud cum tota terra Philistij. quondam diccbatur Palestina que erat pars syrie sicut Saxonie et Franconia partes sunt theutonie. et Lombardia et Tuscia partes italiae. Ad hoc autem pleniū intelligendū. Nota qd plures sunt Syrie diuersis scz nominibus nuncupate. Tota enim terra a tigri fluvio usq; ad egipciū generaliter Syria nuncupatur. pars tamen eius prima que est inter fluvios Eufraten et Tigri. et protendit per longum ab aquiloni in austrum. hoc est de monte Tauro usq; ad mare rubrum appellatur Mesopotamia syrie. quasi media inter aquas. Et habet gentes multas videlicet Persas et Medos. quibus ab austro coniungit Chaldea. in qua est Babilonia scz magna iuxta fluviū Chobar. ut patet Henesis. xii. et illi ibidem ab austro adiacet Arabia usq; ad mare rubrum. quod in locis illis synus arabicus dicitur.

**P**rima tamen pars totius huius mesopotamie que aquilonē respicit. in qua est civitas Edissa que antiquitus Arath vel rages mediorū nunc autē rase dicitur. specialiter mesopotamia syrie nuncupat et hec est prima syria. Secunda est syria Choeleth sive Teles que incipit a fluvio Eufrate. et terminatur in ruvo valanie qui fluit sub castro Dargad. et cadit postea in ianuē magnū. In hac celesyria erat insignis illa et famosa quondam civitas Antiochia cum alijs urbibus ad eam pertinentibus scilicet Loddicia Hispania et alijs multis.

**T**ercia est syria phenicis. que incipit a predicto fluvio valonie ab aquiloni. et extendit versus austrum usq; ad petram incisam siue desertaz sub monte Carmeli qui postea vocabatur. et erat castrum iunctissimum peregrinorū sub dominio quondam fratrū de militia templi constitutum. In ista syria erant nobiles olim et magne civitates atq; multe scilicet Dargad. Anterandū. Tripolis. Barutum. Sydon. Tyrus. Utcon. Capharnaū. Et appellatur syria phenicis a phenice filio Agenonis fratre Cathini qui tyru instaurauit. et eam metropolim huius terre constituit. atq; terrā ipsam suo nōmē appellauit.

**Q**uarta est syria damasci. in qua est civitas Damascus metropolis huius predictae que et tercie syrie phenicis scz ab oriente coniungit. Dicitur m̄ ista quarta syria. etiam syria libanica qd mons libani in ea p̄clarus habet. Post istā quartā syriā sequit̄ Palestina que Philistij p̄rie nuncupat. Unde nota qd tres sunt Palestine que m̄ omnes sunt syrie magne p̄tes. Prima palestina est cuius metropolis est Hierusalē cū oībus montanis

suis r̄sq̄ ad mare mortuum et r̄sq̄ desertum cades barne. Secunda est cuius metropolis est Cesarea palestine sive cesarea maritima cum tota terra philistim. incipiens a predicta petra incisa. sive castro peregrinor. et se extendēs r̄sq̄ basan cōtra austrum. Tercia est cuius metropolis est Bethsan sita sub monte gelboe iuxta iordanē. Ista palestina dicitur p̄prie galilea. sive campus magnus esdrelon. Hunc etiam similiter tres Ararie. similiter maioris syrie partes. Et est prima cuius metropolis est Boseron que nunc busereth dicit. olim tñ bozora dicebat. Huic cōiungitur traconitidis regio. et iurea ab occidente. Damascus vero fere ab aquilone. quā ob causam syria damasci aliquotiens Arabia vocatur. Unde aretha rex de arabia dicitur. qui in reveritate erat rex damasci. Secunda est cuius metropolis est ciuitas olim Kabath dicta super torrente arnon sita. Ista arabia erat terra filiorū Amon. licet ciuitas fuerit de moab. Item fuit de regno Seon et includebat regnum basan et monte galaad. et cōiungitur prime arabie a parte australi. Tercia arabia est cuius metropolis est mons regalis. qui carath dicit. olim tamē petra deserti dicebat. sita super mortuum mare. et cōtinet sub se terram moab que p̄prie syria sebal dicitur. et totā ydumeam. sive monte Seyr. et totam terrā circa mare mortuum r̄sq̄ ad cades barne. et r̄sq̄ ad seongaber et aquas cōtradicitionis versus membrum per latissimas solitudines r̄sq̄ ad flumen Enfraten. Hec est arabia magna in qua est Decha ciuitas. r̄bi est sepultura detestabilis Dabumeti. Ducusq; de situ terrarū terre sancte adiacentū dicit sufficiant. que p̄ maiori parte de dicitur venerabilis patrie dñi Jacobi de vitriaco sancte Rhomane ecclesie quondam legati in terra sancta sunt asumpta. Tertium ad particularem descriptionē ipius terre. que in possessionē decē tribuum cessit. stilum vertamus.

**D**ividitur autē terra sancta in plures partes respondentes diversis plagis ceteris. incipiendo semper a ciuitate Acconensi. que antiquitus Ptolomeida dicitur. et erat urbs glorioſa et insignis. sed hodie penitus desolata cernit. Ab ea tamē ob sitū eius cōgruentius linee p̄tenduntur ad omnes terras alias. q̄ hic sub cōpendio describentur q̄ ab aliqua aliarū ciuitatū.  
Primum igitur descriptionis initium sumit ab ipa ciuitate Acconensi. per directā lineā p̄cedendo versus tyru. et inde ad alias ciuitates sequentes de quib; suo loco dicet.  
Sciendū tamē q̄ hec ciuitas Accon nunq; fuit de terra sancta. nec a filiis israel possessa. licet aut̄ in distributione terre. tribui Aker fuerit assignata. a serite tamē nunq; posse derūt eam. Est autē in puincia phenicis sita. habens ab austro carmelum montem ad quattuor leucas et ciuitatē Laypham ad pedem montis eiusdem ultra torrente zyson. r̄bi Delias. p̄beta sacerdotes baal interfecit. ut habetur. in Regū. xviii.  
Phenicia vero regio sive syria phenicis adhuc extendit ultra cōtra austrum ad tres leucas r̄sq̄ ad petrā incisam. que castrum peregrinorū dicitur. qui locus terminus est phenicis cōtra austrum.  
Accon autē ciuitas minuta valde erat muris mirabilibus turribus et fossatis et barbicaniis fortissimis. triangulāq; habebat formā vt clipeus. cuius due partes iungebant magno mari. tercia pars campū respiciebat qui spām circūdabat. habebat q̄ duas leucas latitudinis et plus in partibus aliquibus vel etiā minus. fertilis valde erat tam in agris q̄ in pascuis et vineis et ortis. in quib; dīneris generis fructus crescebant. sed obfrequētes terrarū illarū vastationes etiā ipa deperit destructa penitus.  
Inde cōtra aquilonē ad quattuor leucas est casale lamperti iuxta mare vineis similiter et ortis. aquis fluminibusq; abundans sub monte saron cōstitutum.  
Inde transcenso monte saron ad tres leucas est castrū Laudaleon qđ Alexander obſidens tyru dicit cōstruxisse. Sed Balduinus rex postea Hierusalē illud denū instaurauit et quibusdā nobilib; qui inde cognominabāt tradidit possidētū.  
Inde modicū amplius q̄ per leucā vñā est putens ille ammirabilis aquarū riuentū iuxta viā ad tyru qđ iacere p̄t arcus. Quis aque sicut dicit ni cantūs fluunt impetu de libano. Quāvis aut̄ singulariter dicas putes. suntq; quattuor ciudē dispositionis

sed disparis quantitatis. **U**nus enim qui precipitus est habet quadraginta cubitos latitudinis et longitudinis et est quadratus. alij tres circa. xxv. omnes muri fortissimis de lapidibus durissimis de opere insolubili ad altitudinem hante vel amplius circumdati. **I**n quibus ita colligitur aqua et exaltaatur ad omnem partem aqua fluit ultra muros. **S**unt tamen nihilominus inde aqueductus facti per riuos descendentes tante profunditatis et latitudinis. quata est statura riuus hominis. Deducunt autem aque iste per totam planicie tyri et rigantur inde orti. et terra adiacens vbera satis glebe. Distant autem fontes isti a mari magno paulo amplius quam iacere possit arcus. et in isto modico spacio impellunt sex rotas molendini satis magnas. et statim in mari absorventur. Fontes isti ad litteram videtur conuenire illud. Eccl. xxiiij. Rigabo ortum plantationum et incibriabo partus mei fructum et ecce factus est mihi trames abundans et fluvius meus appropinquabat ad mare. **M**ultas cōmoditates cōferunt incolis aque iste.

**D**e isto fonte minus quam una leuca est Tyrus ciuitas in litore maris sita. de cuius preconio satis habet in Flaia et Ieremia. et ceteris sacre scripture libris. habuit autem de predicto puto aquarum viventium venam unam per tracones et piramides mirabiles (quarum vestigia et ruine adhuc videntur) illuc ductam. Ciuitas Tyrus dicitur a filio Japhet constructa post diluvium. sed a phenice ut dictum est supra. instaurata metropolis phenice est effecta. in gyrum habebat murorum ambitum et maior fuit ciuitate Acconensi. formam habebat rotundam sita in corde maris in rupe durissima et vndeque mari circundata. nisi in fronte ciuitatis contra orientem rabiem primo Nabuchodonosor et postea Alexander fecerunt contiguam terre quantu iactus est lapidis. cincta erat muro forti et alto. et ad. xxv. pedes spissos. qui etiam murus munitus erat turribus duodecim fortissimis quibus etiam turribus continuabatur arx ciuitatis sive castrum munitissimum. et in rupe et in corde mari situm. munitum etiam turribus et pugnaculis que expugnare totus mundus vix debuisset. Multe erat in ciuitate ista reliquia sicut legitur in Ecclesiastica historia de martyribus sub Diocletiano ibi passis quorum numerus est soli deo notus. **O**rigenes ibi dem in ecclesia sancti sepulchri requiescit in muro conclusus. fuerunt ibi columnae marmoree et alioque lapidum tam magne quod stupor erat videre. Sedes archiepiscopalis erat in ista ciuitate et fuerat metropolis phenicie. habebat suffraganeos barutem. sydoneum. acconenem. epos. Et extendebat ista metropolis usque ad petram incisam sicut dictum est sive castrum peregrinorum. Ante portam eius orientalem ad iactum duarum sagittarum inter arenas ostendit locus predicatorum Jesu christi. rabi eo loquente ad turbas. Extollens quedam mulier vocem de turba dixit. Beatus venter qui te portauit et rubea que sustisti. Et est lapis ibi magnus in loco in quo tunc stabat Jesus. qui locus nunquam arena operitur. cum tamen arena copiosa tenuissima ibi sit et volatilis sicut in partibus occidentis et aquilonis non volare consuevit tunc hyemis et cumululos facere circa sepes et loca similia impulsu renti. Iste enim locus in medio arenarum semper nudus permanet et cestate et hyeme. De tyro ad tres leucas modicas contra aquilonem fluvius Eleutherus intrat mare magnum ad quem usque Jonathas persecutus est regem Demetru. sicut habet. i. Machab. xij. Iste fluvius renit de yturea sive galilea gentium de confinio illo quod dicebat antiquus terra roob et postea zabil. et fluit sub castro belciford. quod fuit militie templi iuxta horum usquequo Josue psecutus est quinq[ue] reges. sicut dicitur Josue. l. De isto fluvio ad duas leucas est sarepta sydoniorum. ante cuius portam australiter ostenditur capella in loco rabi Melias propheta ut habetur. iii. Regum. xvij. renit ad mulierem sareptanam rabi et manuit et cuius filium suscitavit. et ostenditur ibide cenaculum in quo quieuit. Sarepta vix octo domus habet hodie cum tunc ruine eius ostendant ea fuisse gloriosam valde. Inde ad duas leucas est sydon urbis olim magna phenicis. cuius magnitudinem adhuc ruine eius testantur que etiam vix crederent. Fuit autem in campo per longum disposita tendens ab astro in aquilonem sub monte antilibano inter ipsum et mare speciosa et spatioiosa valde. De ruinis tamen eius alia est edificata parva. quidem sed munera si haberet defensores. et est ex parte una in corde maris sita. habens hincinde duo castra satis munita. unum ab aquiloni in rupe quadam in corde maris situm. quod ibidem edificauerunt peregrini qui

de theutonia venerant. Alind ex parte australi in colle sitū firmū oppido. Que castra cū  
civitate milites tenuerū templi olim. Terra adiacens fertilis valde est et abundans o-  
mnibus bonis et aere saluberrimo. etiam sunt ibidem canne mellis. etiā vinee ibi erant  
quondā valde bone. que tamen a sarracenis nō modo hic sed et rbiqz in terra pmissio-  
nis negliguntur. neqz coluntur quidem ab eis. quippe qui vīna bibere nō debent sed ne  
qz ab alijs colli simuntur. Ante portā orientalem ciuitatis antique que nūc est deserta est  
capella edificata in loco rbi ad dñm venit rogans p filia demoniaca mulier chananea  
in via. que versus ytuream ex celsareā philipi ducit. De hoc habet **H**atthei. xv. rbi di-  
citur. Egressus Iesus secessit in partes tyri et sydonis. et ecce mulier chananea a finibz  
illis egressa clamauit rē. **D**oms antelibanus distat a sydone ad vnā leucā contra orien-  
talem plagam. **I**ncepit autem mons iste super fluuiū eleuth crū de quo dictum est ante  
et protenditur ultra vlgz tripolim ad quinqz leucas fere per quinqz dietas et nusqz rece-  
dit de mari per duas leucas nisi iuxta tripolim rbi fere distat a mari per tres leucas. In-  
terdum tamē ita accedit ad mare qd locus est immeabilis omnino. abundat autem vi-  
neis optimis fm illud. **D**emoriale eius vt vīnū libani. Ultra sydonem ad quinqz leu-  
cas est nobilis illa et antiqua ciuitas **B**arutū rbi dicitur dñs predicasse rbi iudei facta  
imagine de pasta ei illuserūt et tandem crucifigentes sanguinem ab ea in magna quanti-  
tate expraterūt que vlgz hodie in multis locis venerationi habet. **E**piscopus huius ci-  
uitatis sicut et sydonis suffraganeus erat olim archiepiscopi tyreni. et terminabatur ibi  
metropolis tyrenenſe. Et ultra ad tres leucas in fluuiō qui passus canis dicitur qui ibi  
dem magnū mare ingreditur. terminabat similiter patriarchatus **H**ierosolymitanus.  
**A**lincipiebat patriarchatus antiocenus et comitatus triopolitanus qui locus passus ca-  
nis dicitur. et est locus immeabilis per terrā nisi de sarraceno. volūtate. pauci enim ibi  
viri phiberen transiūt de facile toti mundo. **D**e baruto ad sex leucas super mare est bi-  
b. iūm ciuitas prima de patriarchati quondā antioceno habens episcopū. de ista dicit  
in **E**zechiele. xxvij. ca. in cōmendatione tyri. **S**enes biblij et prudētē eius habuerunt  
nautas ad ministerium varie suppellectilis tue. nunc ciuitas ipa bibleth dicit. et est satis  
parua. **D**e biblio ad quatuor leucas est botrum ciuitas opulenta quondā in vīno val-  
de nobilissimo et omnibz bonis mundi. sed nunc fundit est destruta. **I**n quo spacio sunt  
orti multi. in quibus fructus diversi crescunt. et in quantitate magna atqz copia. **L**iba-  
nus distat a ciuitate ista ad tres leucas. ad cuius pedē ortur fons ortoru fluens impetu  
de libano sicut dicit in canticis. **F**ons iste humiliter nasci videtur. sed subito inualescēs  
fluuium facit vehementē et magnū valde. **I**ster rigat omnes ortos et planiciem inter tri-  
polim et libanū. et cōmendat mirabiliter regionē. **A**que eius optime sunt frigide et dul-  
ces. et plura loca religiosa obstructa erant quondā super riuos eius. et ecclesie multe. **V**e-  
nit autē sicut dictum est de radice montis. et pro parte circuit montem leopardoz. et po-  
stea per ortos deducitur rigans ipos. **T**ribus aut fluminibus bene magnis mare ingre-  
ditur preter riuos alios qui in locis diversis similiter in mare fluunt. et pro certo de isto  
fonte verū est quod dicit in **H**ester. quia fons parvus crenit in flumen magnū et in a-  
quas plurimas redundant. **D**e tripoli ad duas leucas est mons leopardoz. rotundus  
in aspectu et satis altus. distans a libano ad vnam leucam. **I**n huius pede a quilonari  
spelunca est in qua erat monuhentū habens duodecim pedes longitudinis quod. sar-  
raceni deuote frequentant. dicentes illud esse sepulchrū Josue quod nō credo verū esse.  
**D**uia textus dicteum sepultum esse in thamnab sare Josue ultimo. q est iuxta sychem

In latere montis effraim. Sed creditur potius istud esse sepulchrū chanaan filii cam filij Noe. vel alicuius filij filiorū eius qui ad litteram circa locum illum habuisse probabantur ut infra dicetur.

De spelunca illa ad tres leucas cōtra aquilonē fere est finis antilibani et libani similiter et ubi r̄terq; terminatur ostenditur hodie castrū archas quod arathcus filius chanaan edificauit. et suo nomine appellauit sicut dicit glosa Benes. c. capi. Et gloriosa et pulchra et fertilis est terra ista ubi libanus terminatur. de cuius situ et longitudine infra dicitur cum de cesarea philippi. et iordanis ex orto fecero mentionē. De castro archas ad dimidiā leucam est. H̄y oppidum quod synecus filius chanaan frater arathci edificauit post diluvium nō pr̄ ocul ab archas sicut dicit glosa Ben. c. Nestorianus tamē quidē ibidē habitans requisitus dixit mibi oppidum illud appellari synochim. Atidem mibi dixit quidā sarracenus.

Ibidē sub castro archas et oppido synochim ē planicies magna et amena. et fertilis valle usq; cōtra castrū Arach qđ fuerat hospitalis sancti Johannis fere per leucas. vi. lōgitudinis et q̄ sex leucas latitudinis usq; ad Anterandū q̄ nunc Tortosa dicitur. Planicies ista multa habet casalia. et pulchra nemora olivariū et ficiū et arborū aliarū diuerſi generis et ligna multa. Preterea abundat fluminibꝫ. et pascuis pinguis supra modum. vnde turcomanni et madianite et bodez ynu ibidē habitant in tabernaculis cum uxoribus et filiis et pecoribus suis et camelis vidi ibidē gregem maximū camelorum. Planiciem istā circundant quedā montana ab oriente nō multū alta. que incipiunt iuxta archas et protendunt usq; in Arach. In his montanis habitabant quidam sarraceni qui dicuntur vanninigeri efferi et maliūosi et christianis infesti. Iterum ab Accon procedendo p̄tra aquilonē occurrit primo castrū qđ dicebatur mons fortis. quod fuit hospitale teuthonicorū. sed nunc penitus est destructum. Inde quattuor leucas cōtra eandem plagam est. Choron castrum munitū valde qđ dñs tyberiadis cōtra tyrum edificauit cum teneret eam sarraceni. distans a tyro septē leucis.

Inde quattuor leucas est ciuitas antiqua Asor dicta in qua habitauit rex ille potens Jabin qui cum vigintiquattuor regibus pugnauit cōtra Josue et israel ad aquas maron. de qua enī dicitur Josue. xi. q̄ solam Asor minitissimā vorax flamma cōsumpsit. De huīs p̄conio ciuitatis ruine eius testantur usq; in presentē diem. De ea per sex leucas cōtra aquilonē est fere belenas ciuitas in pede montis libani. que sicut in libro Iudicij dicit capitulo. xviii. Lays primo dicebatur. Et cum esset p̄cula sydone hoc est fere. xi. leucas. et cum nemine societas quicq; haberent homines illius sita in regione Roob ceperunt eam filij Dan et vocauerunt eam Lezen dan nomine patris sui dan. sepe tamē simpliciter dicitur dan lezen etiā Josue. xix. fī illud. cōgregatus est vniuersus israel a dan usq; bersabee. Est enim hec ciuitas cōtra septentrionē terminus terre sancte. Bersabee vero cōtra austrum fī illud. iij. Regū. Veneris helias in bersabee iuda. et infra. et abiit in desertum qđ absq; dubio ciuitati illi est cōtinguum. et nunc giblyn appellat. Phi lippus autē cum esset tetrarcha yturee et traconitida regionia istam ciuitatem belenas siue dan suo nomine cesareaz philippi voluit noīari. a grecis aut pāneas appellatur. Sed. hodie omnia nomina hec cessauerunt et cōmuniuer belenas appellatur. Supra hanc ciuitatem hincinde oriuntur duo fontes. Ior et dan et in pede montis libani qui est ante portam ciuitatis cōuenientes in vnu. iordanē fluuium efficiunt. Flora tamē q̄ in rei veritate iste non est verus ortus iordanis. Dicit enī Josephus et verum est q̄ ab isto loco cōtra austrum fere sexcentas stadijs est fons qui appellatur phiala semper plenus et nūq; effluens. sed sub terraneo meatu usq; ad istum locū fluit ibi effluit sc̄ dan quod per paleas in phialam fontem missas et in fonte dan receptas sepius est. p̄batum. Sarraceni autem fontem illum nō phialam sed median vocant. id est aquas dan. quasi dicant. iste sunt aquae dan. De enī aqua arabice dicit. dan vero fons est vnu de supradictis. Est autē nō longe a sueta ciuitate iuxta piramidē sepulchri beati Job in traconitide regione. de hoc autē plenus infra dicetur. Jordanis autē fluuius ut dictum est ante portam ciuitatis belenas cōgregatus. de duobus illis fontibus post longos circuitus quos fa

cir traconi tide et yturea separando tandem inter Capharnaum et Corozaim mare galilee. ingreditur quatuor leucas a Cedar cunctate que est supra in monte sita. Nedo tamen loco inter belenas et mare galilee quandovallem ingrediens in flagrum colligit tempore resolutionis niuum de libano. dicitur qz hodie ad aquas maron rbi Iosue cum iacob rege Asor et alijs. xxiiij. regibus dominicatis. vitorqz existens persecutus est eos vscz ad aquas mastrofoth. et vscz ad sydonem magna fere per octo leucas. Nec aqua tempore estudo exsiccatur pro magna parte. unde crescentibz arbusta et herbe dense valde in quibus latitant leones et vrsi et bestie alie. et sunt ibi venationes regie. Clalles autem in ipso libano et antilibano fertiles sunt et bene culte. abundantes pascuis vineis ortis et pomeris. habitantqz in ea gentes multe.

Vterum ab Iacob contra vulturnu occurrit castellum ad quatuor leucas Indin dictu in montanis saron. qd fuit olim domus teuthonicoru. sed modo est destrictu. Inde ad tres leucas est castellu regium in valle. quondam domus eiusdem. abundans omnibus bonis et fructibus qui enia in terra illa rari sunt nisi ibi. Inde leucas quatuor contra aquas maron est vallis senym rbi hebercine tetenderat tabernaculum non longe a ciuitate asor cuius vxor nomine Jabel sysaram principem militie Iacob regis asor clavo tabernaculi transfixum per tempora interfecit. sic uerdictus Iudicij. v. Ab ista valle ad duas leucas est Kabul quod sarraceni zabil vocant. terra illa terra kabul est appellata qd displicentiam sonat ut dicitur. ij. Regum. Inde contra austrum ad duas leucas est ciuitas et castellum zepheth firmu situm in monte altissimo quod quondam fuerat militie templi.

Inde contra aquilonem quatuor leucas iuxta vallem senym est cedes neptalim. de hac sunt Barach filius abinoen qui contra zizaram pugnauit in monte iabor. Nec videlicet cedes fuit ciuitas fugitorum in tribu neptalim. abundans omnibus bonis mundi. et monstrantur ibidem adhuc ruine magne et sepulchra pulcherrima antiquorum. De castro zepheth ad duas leucas secus mare galilee est ascensus montis illius in quem totiens ascendit christus Iesus in quo fecit sermonem illum longum et preclarum de octo beatitudinibus et alijs virtutibus qui habetur Matthhei. v. capi. In quo eniam saturauit quinqz misericordia hominu de quinqz panibus et duobus piscibus ut habetur Matthei. xij. Illuc dimissa turba ascendit solus orare. fugit in ipsum cum vellent eum facere rege Iohannis. v. Ibi docuit discipulos orare Luce. xi. In eo erat per noctem in oratione Matthei. viij. Ibi eo descendente supplicauit Centurio per puero paralitico. Ibi ad eum renit multitudine languentium. et qui rexabantur a spiritibus immundis Matthei. viij. Ibi tetigilie prosulm et sanauit eum. Ibi stetit in loco campestri et turba discipulorum eius. De isto monte videatur totum mare galilee et yturea et traconiidis regio vscz ad libanu monte. Insuper sanit et hermon. terra zabolon et neptalim vscz Cedar et alia loca multa.

Est autem longus herbosus et amenus atque abilis ad predicandum. Extenditur adhuc ibi lapis in quo sededit predicans dominus Iesus et apostoloru sessiones. In pede montis huius iuxta mare ad triginta fere passus oritur fons viuus muro circundatus quem dicunt esse venam nili. quia iordanu piscent nutrit qui nusqz alibi inueniuntur. Josephus fontem hunc appallat capharnaum. quia totus campus qui est ab isto fonte vscz ad iordanem per duas leucas capharnaum appellatur. De fonte isto ad viginti passus supra mare galilee est locus rbi post resurrectionem suam stetit Iesus in litora. septem discipulis pescantibus dicens eis. pueri nunquid pulmentarium habetis. rbi etiam in lapide videntur triare stigia a domino Iesu lapidi impressa. Inde ad decem passus est locus rbi egressi discipuli de naui viderunt prunas et pescem superpositum et etiam panem ut habetur Iohannis. xpi. De isto loco ad rnam leucam contra orientem est capharnaum ciuitas quondam gloriofa. sed nunc est valde vilis rix habens sepiem domos pauperum pescatorum. Et est vere in ea impletum illud verbu domini Iesu. Et tu capharnaum si exaltata fueris vscz in celum. vscz in infernum detrahēris. Mat. xi. De isto loco ad duas leucas mare galilee iordanus fluit integrin. in cuius exteriori litora videntur adhuc ruine ciuitatis Corozaim supra mare galilee quondam sita. De loco isto scz corozaim ad rnam leucam incipit ascensus montis saepe sui sepiem quondam et introitus ydumee. Inde ad tres leucas est cedar ciuitas glo-

nosa et firme loco sita in monte **S**anir ad orientem. et per hanc ciuitatem transit via p  
litus maris galilee ducens ad occidentem. **I**n **E**saia autem via ista vocatur via maris  
trans iordanem galilee gentium. **V**ia maris dicitur quia omnino procedit in litora ma  
ris. trans iordanem additur qz trās iordanē dicit in regionē que dicis aran. **G**alilee gen  
tium dicit quia galilea ibide in iordanē terminatur. qui iordanis per mediū huūis val  
lis transit. **D**e ciuitate **L**orrozaim et ostio fluij iordanis quattuor leucis cōtra aqui  
lonē est **S**uitha ciuitas. vnde in **J**ob dicit **B**aldach suites. **J**uxta eā est piramis beati  
**J**ob ad orientē i planioribz locis. **S**ub ciuitate ista versus ciuitatē cedar. inueniunt cō  
uenire sarraceni de Aran et mesopotamia syrie de moab amon et tota terra orientali cir  
ca fontē phialā de quo dictum est supra et habere nundinas toto tempore estatis ppter  
locorū amenitatē. et erigere tentoria diuersorū colorū. que in ciuitate **C**edar existentibz  
in monte pulchri generari prospectū valde. que tabernacula cedar in canticis appellā  
tur. **D**e ciuitate **L**orrozaim quattuor leucis contra orientē est ciuitas **C**edar in monte  
alto sita. quā **J**osephus appellat **C**amelā. p eo q mons in quo sita est ad modū cameli  
dispositus est. **I**n principio longior ad modū colli et capitū camelī. **I**n medio gibbū  
habens vt dorsum. incipiens in fine in modū caude declinare. **D**ic nota q sicut dictū  
est supra tota terra circa iordanē in litora eius orientali appellat traconitidis regio siue  
planicies libani vscq ad montē hermon et bosra. **L**itus vero iordanis occidentale ap  
pellatur galilee gentiū siue yturea siue kabul siue decapolis. et via maris transie per me  
dium eius ab **A**ccon scz pcedendo per vallem terre **A**ser que nunc sancti **G**eorgij ap  
pellatur. in sinistro habēs ciuitatē sephet et p litus maris vscq cedar ad mōtana scz tra  
conitidis regionis supraquā est terra aram. vñ dicit queda glosa. vir erat in terra hus  
noīe **J**ob. glosa. Aram pater syrorū qui cōdidit **D**amoscū et syriam. cōdidit hus cōdi  
torem traconitidis regionis. hic intra celestysriam et palestiniā tenuit principatū que ter  
ra ab eo terra hus est dicta. vnde vir erat in terra hus siue in regione traconitide. hanc  
habuit **S**hilippus tetrarcha sicut et ytuream que est circa regionē iordanis ad occiden  
tem vscq ad montes sydoniorū et tyrorū et acconensem. **I**terū ab **A**ccon pcedendo directe cōtra orientē occurrit he ciuitates. Prima est casa  
le qd dicit **S**antgeor. vbi id sanctus **G**eorgij dicit fuisse natus. et est situm inter mon  
tana in valle pingui. et est fertilis et amena que amenitas ppenditur vscq ad mare galilee  
et fuit vallis fortis **A**ser vscq iuxta sephet per decē fere leucas. **A**ppter eius amenitatē  
ad litterā dici de ea poterat illud **H**en. xl. **A**ser pinguis panis eius et pbens delicias re  
gibus. qd vnicq verificati sunt in sorte tribus huūis. **I**nde ad quattuor leucas cōtra austriū fere declinando aliqualiter cōtra orientē est villa  
**R**aason de tribu neptalin in valle sita. de qua legitur in **T**hobia. i. capitulo. **I**nde ad  
tres leucas cōtra austrum est dothaym **H**en. xxvii. vbi **J**oseph inuenit fratres suos si  
tum sub monte bethulie ad vnā leucam oppidū valde amenū in vinetiis oliuetis et fice  
tis. abundans etiā pascuis pingui. **I**bide adhuc in campo ostendit cisterna **J**oseph  
in quā missus fuit **J**oseph. que est ibide iuxta viam que de galaad veniens cōiungitur  
in bethsaida cum via que de syria ducit in egipciū ascendens de dothaym iuxta montem  
bethulie et inde per campū esdrelon pcedens sub monte **T**abor ad sinistrā per cam  
pum mageddo ascendit montē effram et venit in **R**amataym sophysm perq gazam  
ducit in egipciū. Per hanc viam venerunt bysmahelite qui emerunt **J**oseph. De ista vil  
la legitur. **H**en. vi. capitulo. q syri in ea vallauerū heliseum qui eos inde duxit ad  
medium samarie. que distat inde fere per vnam dietam. **N**ota tñ q dothaym nō solū est villa sed etiā cōtrata ab ipa villa dicta. que illi ab anti  
quo adiacet. sita in terra campestri inter montes hincinde nō multū altos irrigua fontis  
bus et ideo pascuosa atq alendis pecoribus apta. **D**e **R**aason ad duas leucas cōtra orientē de dothaym ptra aquilonē est ciuitas nept  
alin de qua fuit **T**hobias. in firme loco valde sita. habet enī ab occidente montē altum  
valde et penitus inascensibile. nisi a parte orientis per breue spaciū. **H**anc puto ipse ex ci  
dū **H**ierosolymitani fm **J**osephū iolapata dicitā. in qua idem **J**osephus obsecus fuit

**R**omanis 7 capit. r. s. p. testatur nunc syrin dicit. **E**t distat de sephet pauloplius leucam vnā. De nepitalim per duas leucas in angulo maris galileerbi idē ab aquilone curvari incipit cōtra austrum sita est Betsaida ciuitas Andree et Petri et Philippi. nūc habet vix sex domos iuxta viā que de syria dicit in egyptū. habuit antiquitus aqueductus de fluvio quē Joseph⁹ vocat parvū iordanē. qui medio loco inter ipam et capbar naum ingredīs mare galilee huius vestigia adhuc apparent. Inde p duas leucas cōtra meridiē est Magdalū castellū marie magdalene. cuius domus adhuc ibi videtur. sitū est in litore maris distans a bethulla tres leucas fere cōtra vulturnū. et habet a parte occidens et aquilonis planiciē magnā et pascuosal. **E**t ista diuisio nō habet villas aliq̄s ampliis circa mare galilee. sed in alio ei⁹ litore sunt ciuitates et castella plura ad hāc diuisiōnē pertinentia in terra ierasenoz que huic direcē est oposita. In hac sunt ciuitates plures ut Jerasa Hadera Hulha a qua fuit Baldach suites. Themā a qua ele phas themanites et plures alie. Jerasa tñ ciuitas est in litore maris sita galilee sub monte Seyer cōtra tyberiadē fere sed modicū declinās ad aquilonē. **E**t erat de tribu manasse dimidia que citra iordanē sortē acceperat. **E**t nota q̄ tota terra ista ultra mare galilee montuosa est valde. **A**t erat in regno Gregoris balan. p parte aliqua dicit mons seyr. quia Esau ibi habitavit ut statim diceret. Dicebatur insuper alibi mons sanir quia ille erat in ea. Item dicebat mons hermon qui similiter illuc erat. et ita a diversis locis et montibus diversis erat terra ista noibus appellata. tota tamē cessit in partē dimidie tribus manasse. sed nūc eam totā pessedit. Quia filii Esau habitāt in ea pro parte vsq̄ in presentē diem. appellans autem cōmuniter sarraceni. quia nec ritu nec lingua discrepant ab eis nisi forte tonsura et vestitu. **D**ic tamē sciendū q̄ adhuc est alius mons seyr sine edom cōtra desertū maris rubri de quo dicit Gen. xiiij. q̄ Abodorahamor et alij reges cum eo percussisse ut chorrcos qui habitabāt in monte seyr. qui tunc vñq̄ nō dicebatur mons seyr. quia Esau qui et seyr dictus est a quo et mons iste appellatur nondum erat natus. vnde per anticipationē creditur esse diciū. Item Deutro. iiij. transbitis p terminos fratrum vestrorū filiorū Esau qui habitant in seyr et timebunt vos. hoc primo diciū fuit filiis israel venientibus de egipto cum essent in cadesbarne venturis ad montem seyr qui est iuxta cadesbarne rbi iudee erant. sed certum est q̄ terminos huius montis seyr qui est supra mare galilee nūc acceperūt filii israel cum exiret de egipto. quia iste mons seyr cōlungetur cum damasco quo nūc peruenēt. Alius autē seyr mons de quo ibi loquitur cōlungetur cum deserto pharan. quē longo spē circumierūt filii israel prohibiti a domino ne eum tangarent. **E**t de illo monte seyr dicitur Deutrono. iiij. in monte Seyer olim habitauerunt filii israel. In isto autem monte Seyer qui est iuxta mare galilee et montem galaad habitabat Esau illo tempore quo Jacob rediit de mesopotamia syrie cui occurrit iuxta radum Iaboth viij. dicitur Genesis. xxxiiij. **E**t adhuc tertius mons Seyer in finibus azotū et astalonis qui ascriptus fuit tribui Juda in distributione terre. sed quare sit sic dictus nō recolo me legisse. habitatores tñ loci illius ydumei dicti sunt sicut et alij posteri. Esau ab edom ydumei dicebant. **I**te ab Accon cōtra austrū ad q̄tuor leucas est chana galilee rbi dñs querit aquā in vinū ut habet Iohannis. iiij. et ostendit ibidē hodie loc⁹ rbi steterūt sex idrie et triclinium in q̄ erat mense. **S**untin̄ bec loca sicut omnia alia fere in quibus dñs aliquid operat⁹ est hodie sub terra. **E**t descendit ad illa in criptā per plures gradus. sicut etiā est locus annunciationis et nativitatis xpi. et iste locus in chana galilee et plura alia que ostenduntur sub terra. **C**uius rei alia nō inuenio rationē nisi q̄ p frēquētes destructiones ecclesiārū in quib⁹ erant loca ipa ruine sunt sup terrā exaltatae et sic eis qualitercūq̄ cōplanatis alia edificia desu per sunt cōstructa. **C**hristiani vero deuotionē habentes visitandi loca ista et volentes ad vera loca rbi res est gesta puenire. necesse habuerūt loca emundare ad gradus facies eos vñsic ad ea pueniret. **E**t ideo fere omnia loca ista quasi in criptis videntur. Chana galilee ab aquilonē montē habet altū et rotundū. et est in declinō lateris eius sita. sub se vero cōtra austrū habet campū et planiciē valde pulchrā. quā Josephus appellat Carneleon usq̄ in sopborū fertile nimis et amenā. **I**nde nō longe sunt ciuitates ille quons

dam prepotentes et preclare Tyrus et Sydon. de quibus etiam supra mentio est habita.  
In quarum partibus cum secessisset Jesus ecce mulier chananea a finibus illis egressa clama-  
uit dicens ei. Misericordia domini filii dauid filia mea male a demonio vexata es. quam et  
ipse sanauit et habet Matthaei. xvij. Et est ibi indulgencia septennis. Multequeq; alie ciuitates et  
oppida in eodem sunt districtu. in quibus legimus dominus miracula multa fecisse ut euangeliste  
tradunt. Inter quas maritima quedam prestat ciuitas quatuor distas ab Hierusalim die-  
tis. que hodie barutum est dicta. portum habens marini. Est et ibi non longe ciuitas quae Ap-  
padocia appellatur. ubi sanctus Georgius draconem interfecit. Et est ibi indulgentia septen-  
nis. Item de baruto ad septentrionale plagam est ciuitas quedam que tripolis nuncupatur.  
Rubi est locus ille in quo sancta Marina in habitu virili monachali de criminis accusa-  
tione fuit et per se ipsa confessio carnis petrasset peccatum. Inde procedendo est  
ciuitas quedam Leodosia dicta hodie destruta et desolata. ubi tamen inter alias ecclesias  
quedam est ceteris pulchrior ad sanctum Salvatorem appellata que remansit. Estque in ea in-  
dulgentia septennis cum totidem carenis. Adhuc riterius pergendo venitur ad Antio-  
chiam ciuitatem. ubi sanctus Petrus verbum vite predicans plurimisq; miraculis coru-  
scans infra septem dies plusq; decem milia hominum baptisauit ubi etiam constituta sibi cathedra  
et multitudine populi ad eum conueniens quotidie audiebat sanam doctrinam quae sanitatem  
efficacia confirmabat. ubi et per septennium prefuit. ubi etiam primum omnium christianum nomen  
fuit exortum. Sunt autem ibi plures ecclesie. nam et sedes patriarchalis illic plurimo tem-  
pore pseueravit. Et est ibi indulgenzia. cum totidem carenis. Inde procedendo est ciuitas  
Accon dicta sive ptolomoeida. de qua supra habutum est. unde etiam oes he divisiones incipiunt  
ad alias sicut diuersas plagas. procedendo. Ibi sanctus Paulus verbū vite diu pre-  
dicauit. Et fuit hec ciuitas quondam sub domino Rhodenorum ditione.  
Inde venitur in ciuitatem Damascenorum inclitam et insignem. itinere sex diebus ab Hierusal-  
em distante. in qua sanctus Paulus baptismum suscepit. non enim longe ab ea locus est ubi  
subito circumfulsit eum lux de celo et cadens in terram audiuit vocem de celo dicentem sibi.  
Saule saule quid me persequeris et cum dixisset. Domine quid me vis facere. ait ad  
eum dominus. Surge et ingredere ciuitatem scilicet damascum et dicetur tibi quid te oporteat face-  
re. Ad manus autem virorum introductus damascum erat ibi tribus diebus non videns et non  
manducauit neque bibit. Tandem post baptismum accepto cibo confortatus est et mansuetus  
cum discipulis qui erant damasci per dies aliquot. et continuo ingressus synagogas predicabat  
et iudeis Iesum affirmans quia hic est christus. Tandem cōspirantibus in eum iudeis.  
et non sicut insidijs eorum per discipulos noctu in spora per murum submissus est.  
ut habeatur Actuum. ix. per totum. Et est etiam ibi domus Ananie qui iussu domini paulum baptisa-  
uit. et in bodiernum usque diem locus ostenditur in muro ciuitatis. ubi a fratribus in spor-  
ta fuit dimissus querentibus cum iudeis interficere. Et est ibi indulgentia septennis. sicut  
sic et in loco sue conversionis de quo supra. qui ad dimidiā leucam distat a damasco.  
Sed harum ciuitatum pretermissa posteriori descriptione. quia non venerunt in sorem tribu-  
um filiorum israel ad cepta reuertamur. Igitur de chana galilee ad duas leucas contra  
meridiem fere in via que de Sepharo tyberiadē dicitur villa quedam Rama nomine in qua  
Jonas prophetas sepultus fuisset. villa ista est sub monte sita qui de nazareth veniens  
includit predictam valle Carmeleon a parte australi. De rama ad rnam leucam et fere dimidiā  
contra orientem est villa grandis quondam vi videt noite Abelina. de qua legitur Iu-  
dith. vii. ca. qd. Holofernes vadens contra bethuliam venit secus eam. et sic oportebat quod  
propter difficultatem locorum via alia illuc esset non poterat. De hac villa creditur orum  
duis fuisset Melislaus propheta. sicut dicitur. ix. Regum. xix. ca. et est in eōtrata illa que dicitur  
dothaym distans de ipsa villa per mediā leucā p̄tra occidentem. Sunt in ea columne  
multe marmore et ruine magne que oīa ostendunt eā fuisse gloriosam. et est in loco alto  
et firmo sita. De absynia ad rnam bonam leucam est mons bethulie ubi Judith occidit ho-  
lofernem. qui mons p̄ totā fere galileam videt pulcherrimā et munitā. Sunt in ea adhuc  
plura edificia et ruine plures. sed et in fine mōtis adhuc castellū p̄ tuitione mōtis factū.  
Ibi etiam adhuc sunt edificia castrorum holofernis in campo p̄ dothaym. et vallis in q

**J**udith se lauit et quā girauit in bethulia redcundo. **D**e Bethulia ad duas leucas bos  
nas supra mare galilee inter orientē et austrum est ciuitas tyberias. a qua mare galilee  
mare tyberiadis dictū aliquotiens innenit ut habet Johannis. vi. hec antiquius di-  
cebatur zenereth que postmodū ab herode tetrarcha galilee instaurata ad honore ty-  
berii celari tyberias est appellata. Ibi christus cū transire vidit publicanū noīe Lc.  
qui et mattheus sedentē ad theloniū et aī illi. **S**equereme Dni relictis omnibz surges  
secutus est eum. et fecit ei cōiuium magnū in domo sua T. vt habetur Matthei. ix. et  
Iuce. v. Et est ibi indul. septennis. Ibi in primo est locus vbi christus filia archis  
synagogi a mortuis resuscitauit. expellens prius tibicines et tubam tumultuantē et. vt  
habetur Matthei. ix. Est autem longa valde iuxta litus maris perlongū sita et sunt in  
eius australi parte balnea medicinalia. et ruine multe et magne. Palme autē multe cre-  
scunt ibi. et sunt ibi vinea et oliueta et terra pinguis valde. **D**ic nota q̄ in hac ciuitate ty-  
beriadis sc̄ terminat regio que decapoleus appellatur. cui⁹ fines sive extremitates sunt  
mare ab oriente. et sydon magna ab occidente. et hec est latitudo eius. In longitudine ve-  
ro protendit a ciuitate tyberiade et toto litora aquilonari maris galilee r̄sq; in damascū  
Et dicitur decapolis a decē ciuitatibz principalibus sitis in ea que sunt Tyberias. Se-  
phet. Cedes. Neptulim. Alos. Cesarea philippi. Capernaū. quā Josephus iuliā ap-  
pellat. Jacobata. Bethsaida. Corrosaym. Bethsan. que satopol dicebat. Sunt tamen  
ad huc in ea plures alie p̄ter istas. **H**ic nota m̄ q̄ terra ista diversis noīibz appellat. **D**icit  
enīt supra dictū est nūc yturea. nūc regio traconiūdīs. nūc planicies libani. nūc ter-  
ra roob. nūc kabul. nūc galilea gentiū. nūc galilea superior. et est semper eadē regio  
licet diversis noīibz appelletur. et nō cōtinet multo amplius q̄ dietā et dimidiā in lon-  
gum et in latum. neq; videtur mihi q̄ longitudo excedat latitudinē nisi forte in modica  
quantitate. Post territoriū autē sydonense et montanar̄sc̄ barutū est p̄prie yturea regio  
in valle q̄ dicit bakar et quia ad radices libani extendit in longū saltus libani appellat.  
**D**e tyberiade redeundo cōtra occidentē ad sex leucas et de chana galilee ad duas leu-  
cas cōtra austru est Sephorū oppidū et castrū desup pulchrū. de quo Joachim pater  
beate marie virginis dicit oriundus fuisse. De sephoro ad duas leucas cōtra austrum  
fere sed modicū declinando cōtra orientē est Nazareth itinere dierū triū ab Hierusalē  
ciuitas galilee illa vīcē bñdicta in qua virgo de radice yesse exorta ad eā facta angelica sa-  
lutatione de spiritu sancto cōcepit ventris fructum benedictū Jesum xp̄m. Distat autē  
ab Eacon leucis septē. Est hodie in ea permanens locus ecclesia sc̄ quedā in honore  
virginis gloriose cōsecrata olim quidē in veneratione multa habita: sed hodie valde de-  
solata. In eadē ecclesia parvula quedā est cappella extorta in loco dñice annunciatio-  
nis. vbi etiā hodie marmorea quedā manet columna cui virgo ip̄a fuit appodiata quā  
do angelus gabriel missus a deo sibi attulit nūcum salutare dicens. Ave gratia plena  
dñs tecum benedicta tu in mulieribus.

**A**tria altaria sunt in capella et est excisa de rupe in petra sicut et locus nativitatis. passio-  
nis. et resurrectionis. **N**agna quoq; pars ciuitatis Nazareth erat antiquitus excisa in  
rupe que adhuc apparet. Ibi etiam quondā fuit synagoga. in quam cum post baptismū  
dñs venisset nazareth vbi erat nutritus. intravit fm̄ cōsuetudinē suam in die sabbati et  
surrexit legere. **E**t traditus est ei liber Esiae p̄phete. Et vt reuoluit librū inuenit locū in  
quo scriptum erat. Spiritus dñi super me. p̄pter quod vñxit me. euangelizare pauperi-  
bus misit me. sanare cōtritos. predicare captiuis remissionē et cecis visum. dimittere cō-  
fractos in remissionē peccatorū. predicare annū acceptum dñi et diem retributionis. Et  
cum cōplicuerit librū reddidit ministro et sedit. et omniū in synagoga oculi erant inten-  
dentes in eum. et omnes mirabantur in verbis gratie que procedebant de ore ip̄ius. vi. ha-  
betur Iuce. viii. capitulo.

**A**st insuper in fine ciuitatis vbi quondā erat ecclesia sancti Gabrieles nuncupata fons  
quidam sive putens qui ab incolis venerationi habetur de quo hausit aquam sepe vt  
dicitur puer Iesus ministrans dilecte matri sue. Extra ciuitatem contra austrum forte  
quātū quater potest arcus iaccre est locus qui vocat saltus domini in monte. in cuius

superclium iudei duxerunt Iesum ut precipitaret eum. **I**psa autem transiens per mediū illorum ibat. vt habetur Luce. iiiij. et est ibi indulgentia septennis. **N**ox autem inventus est christus in latere montis oppositi ad iactum arcus et videtur ibidē adhuc liniamenta corporis et vestium lapide impressa. **D**e monte isto videtur fere tota latitudo campi magni esdrelon. **D**e Nazareth ad duas leucas cōtra orientem est mons Thabor. in quem assūpsit Jesus Petrum et Jacobum et Iohannē fratrem eius. et transfiguratus est ante eos. et resplenduit facies eius sicut sol. vestimenta autē eius facta sunt alba sicut nix. vt habetur Matthei. xvij. In huīs montis cacumine est murus ambiens locum transfigurationis dominice. Intra quem est ortus arboribus cōstitus et fontibus irriguus. nemo tamen in eo habitat. sed in pede montis multi morantur pagani. Neqz enim aliquem hominē dignum arbitrantur. vt in eo monte maneat quem valde venerantur et cognominant pro reuerentia loci montem dei. **A**estqz plenaria ibi omnū peccatorum remissio.

**I**bi etiam hodie ostenduntur ruine trū tabernaculorū sine claustrorum finē desideriū Petri cōstructorum. Sunt præterea ibidem ruine maxime palatiorū turrium et regalium edificiorum in quibus nunc latitant leones et bestie aliae. et sunt ibi venationes regie. Difficilem ascensum habet mōs iste et est altus valde sed aptus pro castro cōstruendo. In pede eius australi cōtra villam Endor in via que dicit de syria in egyptum est locus ubi dicitur Delchis edech occurrit. Ibrae reuertenti a cede quatuor regū. vt habetur Beneb. i. iiiij. de cōfinio damasci. Ad pedem vero eius ex parte occidentis contra Nazareth est capella cōstructa in loco in quo dominus de monte descendens dixit discipulis suis. nemini dixeritis visionē hanc Matthei. xvij. In pede eius orientali descendit torrens cyson ille in quo barach pugnauit cōtra zisaram et vicit eum et fugauit. Torrens iste cyson collectus de aquis pluvialibus montis thabor et hermon descendit cōtra mare galilee. et intrat illud iuxta castrum bellifort. quod fuit fratrū hospitalis sancti Iohannis. De monte thabor ad dimidiā leucam cōtra curtim est villa Endor in monte sita hermonio sc̄ modico. qui hermoniū non est mōs per se. sed quasi tumor quidam veniens de monte hermon cōtra montē thabor.

**E**t in eo est villa Endor sita. de qua dicitur in ps. Disperierunt in endor. In hac villa mansit mulier habens phitonē que ad instantiā Saulis Samuelē suscitauit. vt dicit i. Regū. xxvij. qui sepultus fuit in Ramathaym sophym fere ad duas dietas de illo loco. De nazareth ad duas leucas de monte thabor plus rna. cōtra austrum est hermon maior mons in cuius latere aquilonari est ciuitas Haym. cuius cum appropinquaret pars christus. ecce defunctus efferebatur filius unicus matris sue quem et a mortuis suscitauit. vt habetur Luce. vij. Et est ibi indulgē. septennis. Et extenditur mons iste in longitudine fere quatuor leucas cōtra mare galilee. et terminatur non longe a loco isto rbi iordanis fluuius egreditur de mari galilee.

**T**erum ab Accon cōtra notum occurret prima pars mōnis carmeli ad quat tuor leucas de Accon ubi locus est in quo helias prophetā occidit sacerdotes baal in torrente cyson. vt dicitur. iiiij. Regum. xxvij. qui etiam ibidem post modum spaciū mare magnum ingreditur rna leuca a ciuitate Laypha. sed sere ad tres leucas a ciuitate Acconenſi.

**E**t nota de isto torrente cyson q̄ licet in rei veritate videatur et dicatur unus esse. dupl̄citer tamē accipitur. quia dupliciter currit. Aliqua enim pars eius currit cōtra orientē ad mare galilee. aliqua vero currit cōtra occidentē ad mare magnum. **E**t hec diuersitas cursus huīs ex eo cōtingit. q̄ quia mons thabor et mons hermon nō longe distant ab inuicem transmittunt ad se inuicem tumorē quendā vt rideantur quasi cōtinuari in pē de montis viriū. q̄ qui tumor maior est ex parte montis hermon. et vocatur hermoniū de quo dictum est supra. in quo sita est villa Endor. et iste tumor impedit ne aque pluviales que cadunt in r̄troqz monte descendant ad plagā rnam omnes. Sed pars rna descendit cōtra orientem et ingreditur mare galilee nō longe a ciuitate bethsan. In hoc torrente cyson pugnauit barach cum zysara vt dicitur Iudicium quinto.

**A**lia pars descendit cōtra occidentem ad mare magnum. **E**t in hoc torrente cyson he-  
lias interfecit sacerdotes baal vt dicit*iij.* Regū. xvij. **A**d istam tamē partem que cōtra  
occidentem fluit colliguntur aque multe de monte effraym et de locis samarie propin-  
quis. et de toto campo magno esdrelon et maggedo. **D**e loco interfectionis sacerdotum  
baal ad tres lencas cōtra austrum est castellū montis cayn in pede extremo montis car-  
meli. vt bī la mech cayn sagitta interfecit. vt dicit**Gen.***iij.* Occidi virū in vulnus meum  
**C**. De cayn monte ad sex leucas cōtra austru est maggedo quod nunc subube dicitur.  
vbi mortuus fuit ochozias rex iuda quē iehu rex israel vulnerauit iuxta iesrael in ascen-  
su gagaber. quādo etiā ipse iehu ioram regē israel sagitta interfecit et proīci fecit in agrū  
naboth iesraelite. vt habet*iij.* Regum. ix. In hac eadē maggedo occisus est ozias rex  
iuda a pharaone rege egipci. quādo p̄ficiſcebat cōtra regem assyrioz ad flumen eufra-  
ten. vt dicitur*iij.* Regū. xxij. Et nota q̄ campus maggedo et esdrelon et planicies ga-  
lilee vñ sunt et idem sed nomina alia acquisierūt. et appellatur nunc p̄mūnter campus  
sabe a quodā castello sabe dicto. quod distat a ciuitate affeth q̄zum t̄r potest iacere ar-  
cūs. **E**st autē in rei veritate campus galilee qui cingitur ab oriente mari galilee et iorda-  
nē. ab austro monte effraym et samaria. ab occidēte partim monte effraym partim mon-  
te carmelo. Ab aquilone montib⁹ phenice et libano. **E**t videt h̄re campus iste in longi-  
tudine decē leucas fere. in latitudine sex vel amplius. in partibus aliquibus fertilis su-  
pra modū. in frumento vino et oleo. et abundans omnibus bonis mundi. ita q̄ videtur  
mibi q̄ terrā nō viderim meliorē si demeritis et peccatis nostris nō impedientib⁹ cam-  
possent colere christiani. **D**e monte cayn cōtra orientē ad duas leucas et amplius cas-  
ale mestha est in torrente cyson. per vñā leucam a pede montis hermon. **D**e mestha vna  
leuca cōtra austrum est castellum quod dicit faba. ad cuius latus occidentale extra viā  
que ducit iesrael ad dexterā ostenduntur ruine ciuitatis affeth vbi syri pugnauerūt p̄tra  
achab rege israel quādo dixerunt dū montū sunt dū eorum. pugnemus contra eos in  
campestrib⁹ et obtinebunus eos vt habetur*iij.* Regū. xx. capitulo. **D**e affeth ad vñā  
leucam cōtra orientē ad sinistram extra viam que ducit iesrael in latere australi montis  
hermon. **S**una ciuitas ostenditūt quā frequentare solebat beliseus vadens de carme-  
lo ad galgala vel iordanē. Erat enim planior via eunti in iericho. vbi cum filijs prophetarum  
morabat vadens de carmelo per sunā in bethsan. et inde q̄ campestria iordanis vlos  
ad galgala. ideo*iij.* Regū. iij. dicitur q̄ cum vellet ire ad iordanē oportebat eum tran-  
sire per sunam. et hac occasione eā frequētabat. **D**e ipa etiam ciuitate eadē mulier mor-  
tuio filio suo. venit ad eum in monte carmeli. qui distat per quattuor leucas de loco isto.  
buius filiū **D**eliseus ipē suscitauit*iij.* Regū. iij. Ibi castrametati sunt philistym quā-  
do **S**aul venit in gelboe. i. Regū. xxvij. et i. Paralip. x. **D**e ista ciuitate suna fuit abilag  
sunamitis. que scēnē regē David calcēcūt dormiens in sunu eius. *iij.* Regū. i. **D**e suna  
duabus leucis cōtra orientem fere sed parium declinando ad austrum est bethsan ciu-  
itas inter monte gelboe et iordanē dimidia tantū lenca a iordanē semota. in cuius sc̄z ci-  
uitatis bethsan muro philistym suspenderūt cadauera saulis et filiorum eius in mon-  
te gelboe occisorū. i. Regum vltimo. Dicebatur aliquādo **G**atopol vt dicit Josephus  
sed nunc ab omnibus bethsan appellatur. et est locus delicatus valde. **S**upra banc cō-  
tra orientem est mons gelboe extendens se vlos iesrael ad duas leucas. **D**e bethsan ad  
duas leucas p̄tra occidentē oritur fons magnus ad duas leucas super bethsan. qui di-  
citur fons iesrael. i. Regum vltimo. vbi philistym posuerunt castra sua cum esset **S**aul  
in gelboe. inter ipm fontem et bethsan. **D**e fonte isto ad modicū fere q̄zum bis potest ia-  
cere arcus est ciuitas iesrael in loco aliquantulū eleuato sita. quondam vna regalium ci-  
uitatum in iisrael. sed hodie vbi habet trīginta domos. et dicitur hodie **G**anachim. et est  
in pede montis gelboe ad occidentem sua. ante cuius introitum adhuc ostenditūt ager  
naboth iesraelite. de quo*iij.* Regū. xxi. et distat duabus leucis modicis a ciuitate suna  
que est ab ipa p̄tra aquilonē in latere australi montis hermon. Isti duo mōtes sc̄z mons  
hermon et mons gelboe ita sunt dispositi vt mons gelboe sit ab austro et hermo ab aqui-  
lone et duarū modicaz leucarū spaciū sit inter eos. lōgitudō vero eoz p̄tendit ab oriente

in occidentem et terminantur ambo in iordanē longi duabus leucis vel plus. In planicie vero intermedia multi et magni habitū sunt conflictus. Ibi enim pugnauit Gedeon cōtra madian. *Judicij. vi.* Item Saul cōtra philistijm. Item Achitob cōtra syros. ibi etiam tartari cōfuxerūt cum sarracenis superiorib⁹ temporib⁹.

Nota autē de isto monte hermon q̄ adhuc est alijs mons eiusdē nominis supra regiō nem traconitidē iuxta montē sanī qui est multo maior et altior isto. et ille est de quo scriptura in multis locis loquitur nō iste. In planicie vero que est inter montes istos incipit cōnallis que dicitur illustris ppter sui amenitatem et fertilitatem. Et extendit a loco isto per totū descensum iordanis usq; ad mare mortuū. Anteq; enī subuerteret dñs Sodoma et gomorrā erat cōtallis hec illustris que irrigabat sicut paradiſus et sicut egyp̄ ut dicitur *Genes. xiiij.* Israēl autē pulchra habet pspectacula per totā galileam usq; ad carmelū et montes phenicie montēq; thabor et galaad et ultra iordanē et totum montē effraim usq; carmelū. Iter autē de monte galaad versus israēl est in latere australi montis gelboe per viam valde planā de iordanē per hermon et salīm rbi erat *Johānes* baptisans. et per hanc viam venit iehu de ramathā galaad quādo dixit speculator. video ego globum iehu venientis. *iij.* Regum. ix. Nec verum est q̄ dicunt quidā q̄ nec ros nec pluia veniat supra montes gelboe. Verum est tamen q̄ in quibusdā locis petrosi sunt aridi et steriles sicut alij montes israel. De israēl quatuor leucis cōtra austri est gymin oppidum munitū quidē sed collapsum suum in pede montis effraim. a quo opido incipit samaria. et terminat galilea. De gymin usq; iordanē sunt fere septem leuce cōtra orientē. et illi partib⁹ austro cōunguit terra taphne que habet montes valde altos. De gymin cōtra austri ad quatuor leucas est ciuitas *Sebaste*. que quondā sa maria diceb. si. cum caput esset et metropolis decem tribūnū. In qua subscripti regnaue rūt reges israēl successione videlicet *Yeroboam. Nadab. Baala. Bela. Zamri. Amri. Achab. Ochozias. Joram. Iehu. Joachas. Joas. Yeroboā. Zacharias. Bellū. Dababel. Phaceia. Phacee. Dsec.* In hac ciuitate postmodū precursor dñi sanctus *Io hannes* baptista ab Herode vincitus missus fuit in carcere et ob puelle saltatricis roga tus. immo matris sue adultere pessime misso spiculatore in carcere ipo decollatus vi ha beatur *Marci. vi.* Et est ibi indulgentia septennis cum totidē carentis. Fuit autem ciuitas hec abolim maiore immodi insignis et posēs atq; munissima. sed hodie nec vna habet domū nisi duas ecclesiās desolatas. de quarū vna que principalis erat sedes cathedralis. sarraceni fecerunt sibi manerā. et maxime de sepulchro eiusdē beati *Jobannis* baptiste quod de marmore fuit factum ad instar sepulchri dñici rbi idem sanctus inter *Heliuseum* et *Abdiam* prophetas fuerat sepultus. Ista ecclesia est in latere montis sita in descensu. Illia ecclesia est in supercilio montis rbi erat palatium regis. hanc inhabi tabant quondam greci et quidam monachi christiani. Samaria autem ipsa ad tantam miseriā nunc deuenit et in rei veritate sit ortus olerum effecta. sicut *Achbas* rex eius facere voluit de vinea *Flaboth* israelite. eo q̄ esset prope domū suā. et reuera nunc iusto dei iudicio nō solum vinea ipsa sed et palatiū ipm regis est in ortū olerū cōmutatū. Situs huius ciuitatis valde pulcer erat. Erat enim prospectus eius usq; ad mare *Jopen* et antipatridā et cesaream palestine. per totum quoq; montem effraim usq; ramathā so phym et ad carmelū mareq; iuxta *Accon*. abundabat fontibus ortis et oliuēis et omnibus bonis mundi istius.

De samaria quatuor leucis cōtra orientē sita est. Tersa ciuitas in monte alto. in qua reges israēl ante cōstructionē samarie aliquanto tempore regnauerunt. et erat in sorte manasse. De terza sex leucis cōtra orientem in via qua itur ad iordanē est terra tophne. que inter ceteros montes habet vnum valde altū. hec similiter fuit in sorte manasse. et pro tenditur usq; ad campestria iordanis ptra macheronta. De samaria ad duas leucas cōtra austri iuxta viā que dicit sychem in monte alto ad dexterā est bethel mons in quo *Yeroboā* filius naboth posuit vnu de vitulis aureis quibus peccare fecit israel. Inde ad dimidiā leucā ad sinistrā super viam est alijs mons altior priore qui vocat van supra ciuitatē sychem. in quo dicunt quidā q̄ alijs vitulus aureus positus fuerat

sed alij tradunt q̄ in ciuitate dan que nunc belenas siue **C**esarea philippi dicitur. et hoc  
videtur Hieronymus potius velle. **A**ligat quiuis qđ voluerit. certū tamen est q̄ mons  
iste dan vocatur. **I**nter istos duos montes sita est ciuitas sicheim hodie napolis. siue vt  
alij dicunt napolosa roccata. amenitate nimia et delitjs abundans sed munita nō est. nec  
munire potest vlo modo nec aliquid restat. nisi q̄ hostibus accedentibus ad portāvnam  
habitatores fugiant per aliā si fuerint eis pauciores et inferiores. **E**st autē in valle me-  
dia sita inter montes altissimos itavt intus iacere possit aliquis cum lapide manuali. **D**e  
porta eius australi q̄stum fere bis p̄ arcus iacere est fons Jacob in via que dicit Hiero-  
nalem rbi dñs fatigatus ex itinere sedens super pectum aquam petiuit a samaritana.  
**S**upra fontem istum ad dexterā est mons excelsus habens duo capita quorum vnum  
garilum. aliud cbal appellatur. In monte garilim edificato altari Iosue scripsit Deutro-  
nomium. et benedicentes stabant et maledicentes. **E**t de monte cbal respondebat p̄ pre-  
ceptum fuit Deutro. xxvii. **S**upra montē garilim ostenditur adhuc pbanum antiquis  
sumum Iouis. olim placi hospitale quod ad instar templi Hierosolymoz edificauerat  
sarrabalah vel saraballa tempore Alexandri macedonis. dux regionis trans flumen  
genero suo manasse qui voluit esse summus pontifex. et permanuit idem templū ibi usq;  
ad destructionē factā per rhomanos. et vestigia eius et ruine adhuc videntur. et hunc mō-  
tem et hęc templū creditur demonstrando. Iohā. iiiij. et annuisse. mulier samaritana quan-  
do dixit. patres nostri in monte hoc adorauerunt. Ad sinistrā fontis huius est oppi-  
dum quoddā magnum valde sed desertū quod credo fuisse sychem antiquā. quia ruine  
eius magnē sunt distans de fonte et mansione Jacob q̄stum bis potest iacere arcus. in  
amenissimo loco situm. nisi q̄ aquis caret. nec vidi alias locū tam fertilē et secundum.  
**D**istat autē de ciuitate que nūc napolis dicitur siue napolosa iactu duop̄ arcuū. et hanc  
napolim quidā putant fuisse thebas. Huic fonti adiacet prediū quod dedit Jacob Jo-  
seph filio suo extra fratres suos vt habeatur Fener. xlviij. et est vallis longa et fertilis et  
amenita nimis. **E**t nescio eque magnā vallem sibi similcm in delitj̄s. In sychem sepulta  
sunt ossa Joseph allata illuc de egipcio.

**D**e sychem quattuor leucis cōtra austrum iuxta viam eumib⁹ Hierusalē ad dexterā  
est Lepna casale pulchrū valde. **E**st tamē alia ciuitas in tribu Iuda Lepna dicta. sed  
ista fuit de tribu Effraym. **D**e lepna quinq; leucas cōtra austru est oppidū magmas  
magnum satis. quod fuit terminus tribus effraym contra austrum. nūc dicitur Byra. et  
fuit quondā fratrū milie templi. **I**uxta latu⁹ eius australe sunt termini inter tribum ef-  
fraym ei beniamini. **D**e magmas cōtra austrum ad vnā leucam est gabaa Saulis. rbi  
opressa fuit yxor Leuite que venit de Bethleem. p̄ qua fere tota tribus Beniamini de-  
leta fuit. Iudicū. i. ix. **D**e ista ciuitate gabaa fuit orundus Saul filius. **L**is primus rex  
israel. **D**e gabaa ad vnā leucā cōtra austru est villa Rama in monte sita ad sinistrā eum-  
ib⁹ in Hierusalē extra viam non longe. **D**e hac creditur dictum illud Jeremie. xxxi.  
Vox in rama auditā est ē. **D**e rama ad duas leucas cōtra austru est ciuitas illa glorio-  
sa Hierusalē summi locus vnuq; sanctus quē elegit dñs vt esset nomē suū ibi ē. **C**  
**N**ota tamen prius q̄ plures sunt ville in terra sancta que dicuntur Rama vna iuxta the-  
cuam circa viam que dicitur Ebron. Alia in tribu neptalmi nō longe a castro Zepheth  
**T**ertia est ista de qua hic dicitur. Quarta sylo que similiter Rama dicitur. Rama autē  
excelsum interpretat. et reuera omnes iste ville in collibus excelsis sunt sitae. **D**e sychem  
igitur procedendo p̄tra austrum ad iordanem primo ad quattuor leucas est Emom op-  
pidum valde bonum in ameno loco situm. abundans quondā omnibus bonis. **E**t fui-  
t de sorte effraym. **D**e emon ad quattuor leucas cōtra orientem in descensiū montis ef-  
fraym ad duas leucas a iordanē in campis tribus est Zepheth casale rbi torrens carib  
descendit de monte. iij. Regum. xvii. in quo mansit Elias quādo corui defrebant ei  
cibum mane et vespere.

**D**e zepheth ad vnā leucā ad sinistrā versus terrā topheē ē castrū Doch in quo ptolome⁹  
filius Abobi insidiose cepit simonē. i. Machabeo. xlii. In loco isto multū plane videt  
terra galaad et duarū tribuū et dimidie. Terra esebon et montana moab mōs abarym et

phasga et nebo. et descenditur hic in campestria Iordanis. et sunt loca planavlos in Je-  
richo et ultra per totū descensum iordanis usq; ad mare salinā. mōtes etiā abarym et  
phégor et phasga et nebo sunt directe cōtra locū istum ultra iordanē. Sciendū etiā q  
ab ortu iordanis sub monte libano usq; ad desertū Pharan fere p centū miliū iā et am-  
plius ip̄e iordanis in vtroq; litorē campos latos et amenos habet. et postea idē campi  
circundantē montibus altissimis hincinde usq; ad mare rubrū. De zephēt fere cōtra au-  
strum sed tamē declinando parū cōtra orientem ad quinq; leucas est locus galgala ubi  
longo tempore castramētā sunt filii israel transito iordanē. et fuerūt ibidē quidā ex eis  
circumcisī. De galgalis ad dimidiā leucā eundo in Jericho ad dexterā ultra viā est  
mons quarentena dictus ubi dñs quadraginta diebus noctib; icumauit altus mons  
et difficilis ad ascendendū. sed tentatis est dñs ip̄e in alio monte. qui per tres leucas di-  
stat ab ito supra in deserto a latere bethel et hay australi. Subter quarentena fere cōstū  
bis potest iacere arcus. oritur fons belisei et effluit cuius aquas sanauit beliseus. qui  
amare erant et steriles. Hic fluit iuxta locū galgale a pte australi. et impellit ibidē magna  
molendina. et postea diuisus in riuos plures rigat cānamellas et ortos usq; Jericho et  
infra. et influit in iordanem. Juxta galgala ad dimidiā leucam cōtra austru est val-  
lis Achor sub monte ubi lapidatus fuit idē achor p furo anathematis.  
De galgalis cōtra orientē ad vnam leucā Jericho cūitas sita est quondā gloriōsa. sed  
nunc vix octo habet domos. et sunt ibi vix vestigia ville. et omnia monumenta sacerorū  
locorum in ea penitus sunt deleta.  
De Jericho ad duas leucas post iordanē est cappella in honore sancti Johannis ba-  
ptiste facia. ubi creditur dñs baptisatus. credunt tamen quidā iuxta salim hoc factū esse.  
sed ecclie solennitas cōtradicit. Que facta sunt in Jericho satis sunt nota.  
De Jericho ad duas leucas iuxta mare mortuū est bethagla ubi filii israel planixerunt  
patrē suum Jacob mortuū quādū eum tulerūt de egip̄to Genesis. l. Distat autē ad vna  
leucam de iordanē et habitabant ibi quondā mōnachi greci. De Jericho tribus leucis  
de iordanē est cappella sancti Johannis et mare mortuū quod lacus aspalti id est bitu-  
minis vel mare salis dicitur. Istud diuidit arabiam et iudeam. et est in litorē eius orientali  
terra moab et amon et mons leyr.. et extendit usq; ad cades barnie et desertū pharan.  
Ostenditur circa medium eius in litorē orientali mons roob qui antiquitus perra de-  
serti dicebat. nunc vero Trach dicit. castrum munitū valde. qd Balduinus rex postea  
Hierusalem edificauit p regno Hierusalē dilatando. Sed nūc Holdanus tenet illud  
et reponit ibi thesaurū totius egip̄ti et arabie. De Trach ad duas dietas cōtra vultur-  
num est areapolis nūc petra dicta. metropolis totius arabie secunde. olim tamē Ardi-  
ccbatur. et erat in torrente Dron sita in cōfinio Moabitū et Amonitū et Amorreō  
rum. In eodem litorē est locus ubi Balaam fuit ductus in montana moab ut maledice-  
ret filiis israel. De Jericho quinq; leucis cōtra affīcū est Segor oppidum sub monte  
Engaddi inter quē et mare mortuū est statua salis. in quam vrox Lox fuit versa. Ge-  
nesis. xix. pro qua viderā multo labore opus est. Habet autē mare mortuū in latitudi-  
ne que protendit ab oriente in occidentem sex leucas. In longitudine que protendit  
ab aquilone in austrum dicunt sarraceni q; habet quinq; dietas summe tenebrosas si-  
cūt est caminus inferni. multa dīcuntur et scribuntur a diversis de mari isto que pertran-  
seo tanq; multis nota.  
Hic tamen nota q; de vapore huius maris tota vallis illa que dicebatur quondā illu-  
stris et vere dico q; a fine huius maris qui est in deserto pharan usq; supra Jericho ad  
dimidiā dictam fere redditā est inutilis. ita ut nec gramen proferat nec germēt aliqd  
omnino per totam latitudinē suam. que quinq; vel sex est aliquādo leucarum. nisi iuxta  
cūitatem Jericho ubi cānamellis et orti rigant de fonte belisei. Et o tremendū p certo  
dei iudicū qui per tot secula annorū peccatiū adeo persecutur sodomorū q; etiā terra  
penas ip̄as luit p tot milia annoꝝ. A dextris insuper et a sinistris montes steriles sunt  
et aridi. vel barbare habitatōis p stadia longa terrarū. ubi vapor idē prūgere pōt vcn-  
to impellente. Dicūt quidā iordanem aquas suas nō miscere. sed priusq; illuc veniant

a terra absorberi. Sed sarraceni pro certo dicunt quod intrat et exire. sed post modicū spaciu  
de exitu suo a terra absorbeatur. Ex crescit autem mare istud interdum de resolutione niuiū  
de libano et alijs montanis. de inundatione iordanis et torrentis iaboth et hermon. et  
sareth. de plurimis cadentibus in galilea monte galaad. terra moab. et amon. et seyr. de qui  
bus omnibus aqua descendunt per iordanem ad mare istud. Inuenitur etiam in eo bi-  
tumen collectum de fundo ipsius quod vento agitante adheret sibi mutuo. et appulsum  
litoribus tollitur in magna qualitate. et est medicinalis. et forte non soluitur nisi menstruo  
sanguine. et appellatur gluten iudaicum. Unde et lacus idem aspalti et bituminis appel-  
latur. Dicitur enim **Bene**f. xiiii. quod vallis silvestris que nunc est mare salis. habebat pu-  
icos multos bituminis. et hodie sunt plures in litora eius. Et hec de isto mari dicta sus-  
ficiant. De galgate loco de quo dicitur est supra tribus leucis de fonte helizei tantum-  
dem protra aquilonem in montanis a latere aquilonari quareniene. est **Hay** ciuitas qua  
expugnauit Josue rege interfecto. ut dicitur **Josue**. vi. De hay ad ynam leucam fere co-  
tra aquilonem sed aliquantulum declinando ad occidente est **Bethel** ciuitas que quondam  
**Lysa** dicebatur. in tribu beniamini ubi Jacob radens contra occidente quando fugita  
facie **Esa**u fratris sui lapidem capiti supponens obdormiuit. et vidit scalam stantem su-  
per terram et cacumen eius tangens celos. **Genes**. xxviii. et rerexit lapide in titulum. et  
appellauit nomen eius **Bethel**. De **Bethel** ad ynam leucam contra aquilonem versus  
**Rama** que de sylo dicitur. est palma **Delbore** uxor **Lapidoth**. que iudicauit israel. et  
**Barach** misit ad pugnandum contra **Zizaram** in monte **Thabor**. **Judic**. iiiij. De **bethel**  
ad duas leucas de **Hierusalē** tribus non longe a **Rama** beniamin est **Anatoth** viculus  
sacerdotum modicus. a quo **Jeremias** propheta extinxit orundus. Juxta anatoth inter  
orientem et austrum. incipit desertum illud quod est inter **Hierusalem** et **Jericho**. quod  
nunc desertum quarentene dicitur. et extenditur usque supra **Galgala** usque ad desertum co-  
tra **Thecum** et **Engaddi** iuxta mare mortuum. Supra mare mortuum in litora eius ec-  
cidentali de **Begor** ad ynam leucam est ascensus montis **Engaddi**. in quo aliquando  
inuenitur **David** latuisse cum **Saul** per sequeres eum. In circumitu montis illius et in  
ipso erat quedam vinea balsami. sed tempore **Herodis magni** Cleopatra regina egipci in  
odium ipsius **Herodis**. fauente sibi **Antonio**. transtulit eam in **Babyloniam** egipci. et  
cultores balsami dicunt quod a meridi sabatti usque ad diem lune boves nullo modo trahere  
possunt aqua illam etiam si in frusta cōciderentur. Ornis habet in longitudine quantu-  
bis potest iacere arcus. in latitudine lactum lapidis. et nunc non colitur vinea balsami in  
egipto nisi a christianis. et rigatur de quodam fonte in quo dicitur beata virgo sepe pue-  
rum **Iesum** baptisasse. sunt tamen surculi vinearū valde nobiles in engaddise non colut-  
os sarraceni. et christiani non habitant ibi qui colere possint eos. Sub engaddi iuxta  
mare mortuum sunt arbores pulcherrime. sed fructus earū quādo decerpitur int̄crius fa-  
uilla et cinere plenus inuenitur ut supra habitū est.  
**D**entes engaddi alti sunt valde et sunt mirabilis dispositio nisi per erupti nupibus et val-  
ibus. qui etiam videntibus incuriant hororem.  
De **Jericho** ad quattuor leucas contra occidente via quod dicit in **Hierusalem** ad sinistram  
quarentene est castrum **Adomyn** ubi ille qui descendit ab **Hierusalem** in **Jericho** inci-  
dit in latrones. **Luce**. x. quod modernis temporibus multis contingit ibidem. et ab effu-  
sione frequenti sanguinis locus ille nomen accepit. Est enim horribilis visu et pericu-  
losus valde. nisi aliquis radat sub cōductu.  
De **adomyn** ad duas leucas contra occidente est bathurim de tribu beniamin. de quo su-  
it **Semei** filius gemini. qui maledixit **David** quando fugit a facie **Absolon**. ut dicit. iiij.  
**Regū**. xvi. Et est castrum satis pulchrum et in monte alto situm. Subtus vero in valle  
contra orientem in via regia de **Adomyn** est lapis qui vocatur beon filij ruben magnus  
in modū clibani. et videtur esse marmor. De bathurim protra occidente quantum bis po-  
test iacere arcus loco procliviori est **Bethania** castellū marthe et marie. ante cuius in-  
troitum minus quam sit iacus lapidis iuxta cisternam in campo ostenditur locus ubi dno  
bethaniam venienti primo occurrit martha. et postea maria ab ea vocata. **Jobā**. xi. In

bethania adhuc ostenditur domus Symonis leprosi. in qua recubuit dominus Iesus quādo maria magdalena venit ad eum afferens alabistrum vnguenti. et stans retro se-  
cū pedes eius lachrymis cepit rigare pedes eius. et capillis capitū sui tergebat. et oscu-  
labatur pedes eius et vnguento vngebat. ut habetur Luce. vii. Ista domus Harthe  
in qua fuit sep̄ius hospitatus dominus est hodie ecclesia in honore ei⁹ et marie magda-  
lene fabricata. Sepulchrū autē Lazari de quo resuscitatus fuit nō longe est ab illa ec-  
clesia. vbi etiam est facta capella valde decens et pulchra et monumentū eius marmo-  
reum. Barraceni multū honorant sepulchrum istud ppter miraculū resuscitatiōis  
ibi factum a dño. Recedendo de bethania nōnū videtur Hierusalē propter mon-  
tem oliveti interpositū. sed ostenditur primo tumor quidā terre. et videtur pars quedam  
ciuitatis dilecte cum monte syon. Descenditur igitur de monte et iterum ciuitas dilecta  
occultatur.

Item sub latere orientali montis oliveti iuxta betphage que ad iactum lapidis dimis-  
titur ad sinistram sub monte offensionis in valle. viculus valde parvus ascenditur per  
latus australē et giratur mons oliveti. venituros ad locū vbi dominus asinū ascēdit  
et cōtinuo resplendet ciuitas cum templo et ecclēsia sancti sepulchri et sanctis locis cete-  
ris. Venit ergo ad descensum montis oliveti vbi turbis precedentibus et sequentibus  
clamantibus qz osanna filio dauid. et letantibus super benedictio eius aduentū ipse vi-  
dens fleuit amarissime super illaz. Inde pcedendo venit inter locū orationis eius  
in agonia et locū captiuitatis eius in gethsemani. Transitoqz torrente cedronenit  
in golgatha vbi crucifixerunt eum ⁊ ē.

**A**eterum ad descriptiones partis terre que adhuc restat redeam⁹. De Hieru-  
salem igit̄ pcedendo duas leucas cōtra angulū qui est inter occidentē et septē-  
trionem est mons sylo qui et distat de gabaa saulis vnam leucā et plus. et de-  
rama benyamin similiter. In hoc loco fuit arca domini longo tempore. et ta-  
bernaculū federis quod fecerat moyses in deserto. De ista ad vna leucam parvā est Ha-  
baoni ciuitas de tribu benyamin sita in eodē monte. vnde et ibi dicit̄ fuisse excelsum ma-  
ximum. Istius ciuitatis incole miserūt ad Josue in galgalā nuncios audientes cuncta  
que fecerat Josue iericho ⁊ hay. callideqz cogitantes tulerunt sibi cibaria. saccos veteres  
aliniū imponentes. et vtres vinarios scūlos atqz cōsūtos. calciamentaqz perantiqua. que  
ad iudicium retusatis cōsuta erant. indui veteribus vestibus. Panes qz quos portau-  
bant obuiaticum duri erant. et in frusta cōminuti. et ita venientes ad Josue omnēqz si-  
mul israel dixerunt. De terra longinqua venimus / pacem robiscum facere cūpiētes ⁊ ē  
vt habetur Josue. ix. c. De Hierusalē ad quattuor leucas contra occidentē est Enaus  
castellum vbi dominus ambulās cum duobus discipulis in specie peregrini / agnitus  
in fractione panis. hec villa hodie Nicopolis appellatur.

De Hierusalem tribus leucis sub monte sylo ptra occidentē est Botheron inferior de  
quo fit mentio in libro Josue et Nachabeoz et est de tribu benyamin. De Hierusalē  
ad quattuor leucas et dimidiā cōtra occidentē euntib⁹ Dyopolū siue liddam est Ca-  
riathiarim que fuit vna de vrbibus gabaonitarū. in qua viginti annis mansit arca dos-  
mini postqz de philistīm est reducta. De cariathiarim ad duas leucas fere cōtra occi-  
dētē est Lachis similiter vna de vrbibus gabaonitarū. cuius mentio fit. iiii. Regū  
xvii. quam ob sedū sennacherib tempore Ezechie. et fuit de tribu benyamin. De caria-  
thiarim ad duas leucas cōtra austrum fere est Bethsames oppidum quod ad differen-  
tiā alterius bethsames que in neptalim est dicitur bethsames Jude. Antamen in rei  
veritate erat de tribu Dan que fuit circa sortē Jude iuxta mare. In campo huins ville  
duie vacce de accaron reduxerunt arcā domini quādo bethsamite metebant triticū in  
valle et mortui sunt de ipsa. lxx. vii et quinquaginta milia plebis eo qz vidissent arcā  
dei nudam. ut habetur. i. Regū. vi.

De Hierusalem ad duas leucas cōtra occidentē est Ramatasophym partim de tribu  
benyamin et partim de tribu effraym erat sita tñ in monte effraym. Planicies enī illa sic  
appellat. licet mons nō sit sed campus planus. Dicta etiam fuit Aromathia de qua fuit

**J**oseph nobilis decurio qui sepelivit dñm Iesum christuz. **S**amuel propheta fuit de ea oriundus et in ea sepultus. hodie dicitur ramula. **D**e ramula vel ramatha ad tres leucas cōtra occidentē est Joppe ciuitas que et Japha dicit. vbi Jonas intravit nauē voz lens fugere a facie dñi in tharsis. hoc est ad insulas maris vi habet Ione. i. In ea quoniam erat princeps apostolorū. Petrus hospitio detentus apud symonē coriarū. cuius domus erat iuxta mare. In qua etiam ipse petrus hospitio recepit viros quos ad angeli monita Cornelius centurio de cesarea miserat ad accessiendū eum ad se. vt habet Act. x. Ex eadem domo sub rupe posita facta est postmodū capella in honore sancti Petri cōsecrata hodie desolata. Sunt etiam ibi scopuli in mari ad quos sīm fabulas Andre moda filia Ihephēi religata fuit deuoranda a belua marina. sed a rege perseco liberata. Sub ea est iannia portus aliis quondā iudee ad duas leucas cōtra austrum. quē por tum cepit Judas machabeus et succedit cum nauibus. ita vt ignis in Hierusalē videatur. vt habetur. ii. Machaboz. xii. De Hierusalem ad duas leucas cōtra austru sīca est Bethleem ciuitas illa veri dauid ortu insignis in sinistra parte vie que ducit Abron extra viam tamē ad iactum arcus vnius. prius tamen occurrit sepulchrū Rachelis ad dexterā iuxta viam cui piram pulchra imminet quā edificauit Jacob intitulum monumenti Rachelis. superponens eidem super tumbam duodecim lapides grandes sīm numerū filiorū israel. qui hodie ibidem sunt. Juxta sepulchrū inueniuntur quidā lapili nigri omnino sicut cicera dispositi. quos ibidē solent colligere peregrini propter misera quedam que ibi dicuntur fuisse facta. Cōtra vero ciuitatē bethleem est turris Ador siue gregis vbi Jacob dicitur aliquāto tempore post mortem Rachelis mansisse et pē cora sua pauiisse.

**D**e Bethleem ad quinq̄ iactus arcuum fere est locus vbi pastores custodientes vigilias noctis super gregem suum in hora nativitatis christi viderunt et audierunt angelos cantantes. **G**loria in excelsis deo. Qui etiā nuncianerunt natum esse mundi saluatorē. Bethleem vero sita est in monte alto sed arto. qui ab oriente in occidente in longitudinē se extendit. Ab occidente habet introitum et ibi est cisterna iuxta portam de qua dauid desiderauit bibere cum esset in psidio et statio philistinoz in Bethleem. et tres fortissimi per media castra philistinoz perreterunt et hauserūt aquam de cisterna bethleem que erat in porta et attulerunt ad Dauid vt biberet. vt habetur. i. Paralip. xi. ca. In fine vero orientali ciuitatis eiusdem sub rupe quadā que erat iuxta murum ciuitatis et videatur sīm morem terre illius fuisse locus pro stabulo. habens presepe excisum in pēta vt ibi moris est facere presepi. ortus est buic mundo de virginē matre sol iusticie christus Jesus deus noster. Dēpendens se sua nativitate sordes et tenebras mudi ablaturū eo q̄ in sordibus nasci et oriri voluit talis loci. Juxta predictā vero rupem est alia capacior quatuor tīn pedib⁹ distans. sub qua erat presepe in quo dulcis puer ille mox natus coram boue et asino pannis inuolutus fuit reclinatus. videtur mihi p̄ certo vna tantū rupes fuisse. sed factum est ostium in medio per rupem per quod in chorū de cappella illa est ascensus. Ad locum autē dīlcissime nativitatis descendit ab ecclesia in cappellā per decim gradus cuius cause superius assignate sunt. Est autē cappella illa tota interius facta de opere musino et strata marmore et sumptuose valde facta. Super locum illū vbi beata virgo peperit potest dici missa super tabulam marmoreā que strata est ibi. De lapide etiā nudo videtur ibi pars vbi natus est christus. Similiter etiā pars quedam presepis in quo iacuit christus relicta est nuda. que loca fideles deuotissime osculant̄. Non vidi nec audiui aliquē qui dixerit se ecclesiam vidisse tam deuotā in toto orbe terrarum sicut est ecclesia bethleemita. Sunt enim in ea columnae marmoree per quatuor ordines disposite nobilissime. nō solū multitudine. sed magnitudine stupende. preterea nauis ipa ecclesie desuper columnas vscq; ad trabes facta est de opere musino pulcherrimo et nobilissimo de oibus historijs a creatione mundi vscq; ad aduentū dñi ad iudicium. Totū etiā superparamenū ecclesie stratuz est marmore diversorū colorū. qd mira varietate pictura decorat. quartū preciū sīm opinionē multoz nō potest estimari. Harraceni quidē omnes ecclesias beate virginis honorant. sed precipue istā que est in

bethleem. Soldanus vero videt in ecclesia ista ornatū et tabulas et columnas omnes  
preciosas valde. precepit omnia deponi et portari in babiloniā. volens inde palatium  
suum edificare. Dira res artificibus cum instrumētis accedentib⁹ ipo adhuc Soldano  
stante cum multis alijs. de sano et integro pariete quē nec acus videtur posse pene-  
trare serpens mire magnitudinis exiuit. primeq; tabule que occurrit dedit morsum. ta-  
bula per transuersum crepuit. secundā adij. tertiam et quartā. deinceps vscq; ad tricesi-  
mam. et sic omnib⁹ accidit oibus stupentibus. etiā ipo Soldano cōtinuo ppositum re-  
uocante serpens disparuit. Remansit igitur ecclesia et remanet vscq; hodie sicut prius.  
vestigia tñ corporis serpētius apparent vscq; hodie in singulis tabulis quas trāsuiit qua-  
si cōbstio quedā igne facta. Et super omnia mirabile videtur quō serpens ille potuerit  
cōtra aquilonē est ambitus claustrī qđ fratres aliqui minores hodie inhabitant. Lo-  
ca sacra hui⁹ ecclesie et claustrī superius sunt etiā designata et descripta vnde hic trāseo.  
De ecclesia ista q̄stum iactus est lapidis fere cōtra orientē est ecclesia sancte Paule et ei  
stochium filie eius. vbi sunt etiā sepulchra carundem. De bethleem ad dimidiā leu-  
cam est villa quedam cōtra occidente noīe Bezech que abundabat quondā optimori-  
no ita q; in terra illa nō inueniebatur melius. In hac villa captus est Adombezech a fi-  
lijs israel cesis summitatibus manū eius et pedum qui dixit. lxx. reges amputatis ma-  
nuum ac pedum summitatibus colligebāt sub mensa mea ciborū reliquias. Fecit feci  
ita reddidit mihi deus. Adduxeruntq; eum filij israel in Pierusalem et ibi moruus est  
vt habetur Iudicij. i. capitul. o.

De bethleem ad sex leucas p̄tra orientē supra mare mortuū est mons Engaddi de quo  
dictum est supra. De engaddi tribus leucis cōtra austrum est collis Achile qui postea  
edificato ibidem ab Herode castro inexpugnabili Hessida est appellatus. In hoc lo-  
co David saulem fugiens dicitur aliquotiens latuisse. vt habet. i. Regū. xxiiij.

De bethleem ad duas leucas contra collem achile est ciuitas Thecua in monte sita. de  
qua fuit Amos. p̄pheta qui etiā sepultus ibidem est. quē Ochozias rex israel recte per  
tempora transfixum interfecit. huic ciuitati adiacet desertū thecuae. Inter thecuanam et en-  
gaddi est vallis benedictionis. vbi Josaphat rex Iuda pugnauit cōtra ydumeos et si-  
lios Amon et vicit eos. Juxta hunc locum ad vñā leucam ad sinistram cōtra desertum  
quarentene est castrum quoddā ab herode magno edificatum. quod herodium dicit in  
alto loco situm. vbi idem est sepultus vt dicit Josephus. De thecua ad quinq; leucas  
inter orientē et austri est Ziph oppidū iuxta desertū qđ etiā ziph dicitur. vbi legitur da-  
uid similiter latuisse. vt habet primi Regū. xxvi. Huic cōtra austrum adiacet desertum  
maon in quo est mons carmelus vbi habitauit Ababal carmelus. vt dicitur. i. Regū  
xxv. qui nuncios David repulit. Cuius enim vñorē Abigail duxit dauid eo mortuo.  
vt habetur ibidem. Deserto maon inter austrum et orientem adiacet mons seyr alias in  
ydumea quam terram longo tempore filij israel iussi sunt circuere. Dentro. in.

Deserto maon cōtra austrum adiacet terra Amalech quam iussus est Saul subuerte-  
re. i. Regū. xv. interfecit habitatoribus eius. Ante terram amalech cōtra maris mor-  
tuus lingam est cades barne. de quo loco Dois misit duodecim exploratores ad cōsi-  
derandum terram chanaan. et dixit ad eos. Ascendite ad meridianā plagam. Tūq; ve-  
neritis ad montes considerate terram qualis sit et populum qui habitator est eius rē.  
Sofortamini et afferte nobis de fructibus terre illius. Erat autē tempus quando iam  
precoque r̄ue vesci poterant. vt habetur Numeri. xiiij. Ibi etiam longo tempore manse-  
runt filij israel et inde iussi sunt montē seyr circumire et redire in desertū per viam maris  
rubri. De bethleem ad tres leucas cōtra austrum in via que ducit cb̄on est bethzacha  
villa in alto loco sita cui ad austrum adiacet alia villa Rama noīe excelsa valde in qua  
in colle sublimi stans potest videre totā terram Arabie vscq; ad montē seyr et omnijs los-  
aca circa mare mortuū et loca latibulorū. dauid iordanem insuper vscq; sethym et vscq; ad  
montem abarim. Cōtra occidentē vero totum litus maris magni ab Joppe vscq; gazā  
et bersabee vscq; desertum seyr. totam insuper terram philistij a ramathasophym per

**B**eth et Acharon et Azotum et Jamniam et Escalonē cum omni planicie sub monte iuda. **D**e Rama plus q̄s leuca vna ad dexterā prope viam regiam que ducit Ebron est mambre. rbi habitabat Abraam longo tempore. rbi sedēs ad radicē mambre in ostio tabernaculi sui. vidit tres viros descendentes per viam quos etiam recepit hospicio. vt dicitur Gen. xxiij. Ilex illa hodie ibidē ostenditur ante ostium tabernaculi Abrac. **V**e rum illa vetus aruū sed de radice eius alia nata est. et habet folia paulo maiora q̄s lenti scus. sed fructū omnino sicut quercus. **D**e ilice mambre per dimidiā leucam ad dexterā iuxta viam est Abron illa vetus ciuitas que hodie omnino est destruta. et sunt ruine ciuius magne valde et videt fuisse satis glorioſa. **D**e ista ciuitate q̄stum arcus potest iacere cōtra austri fere et tamē declinando ad orientē est Ebron noua edificata in loco illo rbi erat spelunca duplex in qua sepulti sunt Adam et Eva. Abraā et Sara. Isaac et rebecca. Jacob et Iya. Harraceni circa hanc speluncā duplē que erat quondam ecclesia cathedralis edificauerunt munitionē firmam valde.

**D**e spelunca dupli cōtra occidentē q̄stū iacere p̄t arcus bonus est ager Damascenus. in quo loco plasmatus fuit Adam. **A**ger iste in reveritate rubeam valde habet terram que est omnino flexibilis sicut cera quā sarraceni portant in camelis in egyptū. in ethiopia et in indiam et ad loca alia. pro speciebus valde charis rendentes eam. et tñ modica apparet fossio illo in loco. **D**icit enim q̄ semper anno renoluto q̄stumq; magna facta sic fossio semper miraculose repletur. **D**icit etiā q̄ quicūq; terrā istam secū portat nulla bestia eum offendit. hominē insuper dicitur a casu cōseruare. **V**allis ista circa Abron fertilius est nimis et amena supra modū et delectabilis ad manendū.

**D**e fossa ista cōtra austrum ad iactum arcus est locus rbi cayn fratrem suum occidit si cui dicitur Genesis. iiiij.

**I**tem de fossa eadem cōtra occidentem q̄stum bis potest iacere arcus in monte quodam a latere ebron reteris australi est spelunca quedā in rupe in qua Adam et Eva interfecit Abel filium suum luxerū centum annis. **S**unt hodie in spelunca lecti singulorum et fons intus scaturiens de quo bibebant. **E**t habet fere pedes triginta in longitudine et latitudine spelunca ista.

**D**e ebron ad duas leucas cōtra austrum est dabis que est cariath sepher id est ciuitas lit terarū quā cepit ottoniel filius zemē frater caleph iunior et dedit ei axam filiam suam uxorem et irriguum superius et inferius. vt habet Josue. xv.

**D**e ebron ad duas leucas cōtra aquilonem fere sed declinando partim cōtra occidentem est Neelleschol id est torrens botri vel vallis lachrymarū. vnde exploratores riles runt palmitem cum ruta sua quē portabant in recte duo viri. de malis quoq; granatis erit de fisis loci illius vt habetur Numeri. xiiij.

**A**d leuam huius vallis per dimidiā leuacam descendit riuis in quo Philippus baptisa uit virum ethiopem eunuchū candacis regine ethiopum qui erat super omnes gazas eius: veneratq; adorare in Hierusalem et reuertebatur sedens super currum suum rē. vt habetur Actuū. viiij.

**D**e neelleschol quattuor leucis cōtra Hierusalē est domus Zacharie in quam intrauit beata virgo et salutavit Elizabeth. **U**bi etiā natus est sanctus Johānes baptista.

**D**e domo illa ad duas leucas contra aquilonem est Hobē ciuitas sacerdotū quem inc berhenopol dicitur in via que ducit dyoppolim et ramatha rbi dauid ab abimelech sacerdote accepit gladiū goliath gerhei. vt habetur. i. Regū. xxi.

**D**e Bethleem ad vnam leuacam et plus via que ducit theciam sepulchrū est sancti karoth abbatis cum suis monachis qui omnes eo migrante migrauerunt. et fuit quondam cōcursus magnus ad locum istum.

**J**erum pergendo cōtra austrum quattuor leucis de Accon occurrit ciuitas cayphas sub pedemontis carmeli aquilonari.

**D**e caypha ad tres leucas cōtra austrum est peregrinorū castrum munitissimum. situm in corde maris. quod quondam fuit fratribus militie templi.

**D**e caypha ad vnam leuacā est spelunca Helice et mansio Helisei. et sons rbi habitabat

filij prophetarum in carmelo.

**D**e castro peregrinorum ad quattuor leucas est Cesarea palestine metropolis que quondam fuit sedes archiepiscopalnis. hec primo dicebatur Dor postea Pigrus stra conis. Sed Herodes magnus eam instaurauit et cesaream appellauit in honorem cesaris de cuius structura et munitione Josephus multa scribit. Turgit ab occidente mari magno. ab oriente palude quadam dulci et profunda. in qua est multitudo cocodrillo rum. Hic quidem habuit firmum cesarea. sed hodie penitus est destruta. Mansioem in ea habuit Philippus et filie eius quattuor virgines prophetesse. Actuū. xxi. Petrus etiam in ea baptisauit Cornelium centurionem. Actuū. x. qui primus in ea fuit episcopus. Paulus etiam in ea coram rege agrippa et felice preside contra tercillum oratorem elegansissime disputauit. Actuū. xxiiij. De cesarea ad tres leucas contra austrum est villa quedam hodie Assur dicta. quondam tamen antipatrida dicebatur. ab antipatre patre herodis magno que fuit quondam fratum hospitalis sancti Johannis. De assur ad quattuor leucas contra orientem est manerich nunc katho dicta. et fuit de tribu Danasse in planicie sub monte Esfraim sita non longe a monte Baron. In hac presidium militum posuerunt sarraceni contra castrum peregrinoꝝ quādo ipm expugnauerunt.

**D**e katho quattuor leucas contra austrum est mons Baron et oppidum sarona. cuius meo fit in actibus apostolorum.

**D**e Assur sunt quattuor leuce usq; Joppen que est super mare sita. De hac dictum est supra. De Ioppe quattuor leucas est Beth non longe a mari sita quondam una de ciuitatibus philistinoꝝ. sed nunc modicum casale est et vocatur yblyn in colle situm. ab ea prie incipit terra philistinorum.

**D**e geth ad duas leucas contra austrum est bethsames iuda. de qua dictum est supra. De bethsames ad duas leucas contra austrum in monte iuda videt mons modyn de quo oriundi erant Nachabaei. et monstrans hodie sepulchra eorum illuc etiam peculita videantur in mari. quia altus est situs loci. De bethsames ferc ad quattuor leucas contra austrum non longe a mari est Accoron ciuitas secunda de quinq; vrbibus philistinorum nunc modicum est casale tñ adhuc antiquum nomen retinet.

**D**e accaron ad quattuor leucas contra austrum est Azotus tercia de quinq; ciuitatibus philistinoꝝ per unam leucam distans a mari. et est nunc similiter casale satis paruum.

**D**e ioppe ad duas leucas est Lydda siue diopolis de qua dictum est supra. Inde ad duas leucas contra orientem fere sed tamen aliquantulum contra aquilonem est lebna non longe a lachis quam cepit Josue et obsedit sennacherib. sicut dicitur. iiiij. Regum. xvij. Inde tribus leucas via que dicit in gabaon est Azecha oppidum et maceda quod ambo cepit Josue cum liberasset Habaonitas ubi se in spelunca absconderunt quinq; reges. ut habetur Josue x. Inde tribus leucas contra orientem non longe a Nobe est Socho iudea iuxta vallem threbinthi. ubi dauid puer in funda et lapide interfecit Goliam getheum. ut habetur i. Regum. xvij. De nobe que nunc bethenopol dicitur sunt tres leuce usq; in Emaus que hodie Nicopolis appellatur. De emaus una leuca et dimidia ascenditur per vallem raphaym a latere domus zacharie que relinquitur ad dexteram eundem in hierusalem. Et de eadem domo per unam leucam et dimidię est castrum valde munitum Bethsura dictum. situm in latere montis contra bethleem quod edificatum fuit tempore machabeorum et per fraudem cepit illud Antiochus adolescens. Distat autem per dimidię leucam et parum amplius de hierusalē. De azoto sex leucas contra austrum est astolona quartaria ciuitas philistinoꝝ in litore maris sita formam habens semicirculi munita valde. et est quodammodo robur sarracenoꝝ in illa. De astolona quinq; leucas contra austrum est Gaza ciuitas in litore maris sita. que nunc communiter dicitur gazera. et est sita in via que dicit in egyp̄. de qua infra in secunda parte dicetur.

**D**e gaza sunt quattuor leuce usq; bersabee que nūc gallen dicitur. et est terminus iudee et terre promissionis contra austrum. In hac multo tempore habitauerunt Abraam et Isaac sicut dicitur Genes. xij. Et distat ab Abraon ultra unam dictam sicut et Gaza. Has partes terre promissionis quod cesserunt in sorte tribus iudee sequitur desertum illud

magnum quod extendit usq; in flumen egypti. in quo multo tempore filii israel trans-  
fuerunt de loco ad locum transiuntes. de quo deserto infra latius agetur in secunda huius  
parte. Et hec de terra ista et locis eius dicta sufficiant.

**C**um vero ciuitatis Hierosolyme fundamenta in montibus sanctis teste David col-  
locata dicantur. non incongruum duxi de montibus israel. prout etiam q; crebro de eis fiat men-  
tio in sacra scriptura paulo amplius discerere. Et primum quidem in genere. deinde in  
specie de aliquibus.

**D**

### De montibus Israhel in genere.

Ones israel dicunt montes generaliter totius terre promissionis sive fue-  
rint ultra iordanem sive citra. sepe etiam sumuntur per terra decem tribuum  
que fuit montuosa. precipue in tribu Dan et Esfraym. Nam et decem tri-  
bus nomen israel sibi vendicauerunt sub Jeroboam filio Haboth qui fu-  
it de esfraim. et regnauit primo in samaria super decem tribus. ut habetur  
iij. Regum. xij. Di montes multum erant pascuales. rheres. fructuosi. et frugiferi olinis et a-  
lijs arboribus fructiferis cōsūti. erant etiam medicinales herbis et speciebus aromati-  
cis pleni ut dicit Isidorus libro. xij. capitulo. iii. Nam et tota terra illa quondam varia-  
rum opum diues erat. frugib; fertilis. aquis illustris. optima balsamis. adeo q; ob gra-  
tiam almentorum iudei hanc terram melle et lacte fluentē iudicabant. In cuius enī montu-  
bus propter pascuarum abundantiam. innumerabilium ovium et pecorū greges et armen-  
ia pascabant. Apes etiam innumerabiles in eisdem mellificantes herbarū et florū sua-  
nitate dulcisflua nutriebant. Fructus et fruges propter aeris temperie et roris abundan-  
tiam citissime ad maturitatē in illis montibus ducebantur. Aurum argentum et cetera  
metallorum genera in illis montibus fodiebant. Deniq; fontes et flumina de venis mon-  
tium superius p̄grediebantur. Loca munitissima in illis montibus edificabantur. Fere  
silvestres sicut tigrides et leones in illis nemorosis montibus cōuersabantur. Ceterum  
quemadmodū reliqua terra illa propter peccata inhabitantū et frequentes eius vasta-  
tiones vilis admodū effecta est et pene sterilis atq; infructuosa. Ita et montana illa lon-  
ge a pristina perierunt vbertate et fecunditate. Quia tamē frequens de eis fit memoria sa-  
tra in pagina aliquā vel breviter de eis dicere hand ab re erit.

### Sequitur nunc de montibus Israhel in specie.

#### De montibus Israhel in specie et primo de mon- te Syon.

**S**

Mons erat in Hierusalem. super cuius verticem erat ars sive turris das-  
uid ibi posita pro decoro et defensione ciuitatis. In uno autem latere montis  
Syon erat templum quasi mediū inter arcem et inferiorē ciuitatē. ut scilicet  
munitio arcis defenderet templū et templū cū arce p̄tegeret ciuitatē. Et ideo  
sepe scripture vocat Hierusalem filiam syon. quia sicut filia protegitur a matre et sub-  
ditur ipsi matri. sic ciuitas inferior templo fuit subdita atq; arce. Nante autē autoritatis  
et nobilitatis inter ceteros montes fuit mons Syon. q; nō solum ciuitas Hierosoly-  
ma atq; etiam ipsa iudea. verum etiā vniuersalis ecclesia tam ex iudeis q; et gentib; co-  
gregata sepius in p̄phetis nomine syon designetur. sicut ibi fundantur exultatione uni-  
uerse terre mons syon. latera aquilonis ciuitas regis magni. Nam mons syon fuit mons  
magne altitudinis et sublimitatis. magne fortitudinis et firmitatis. magne plenitudinis  
et vbertaris. magne pulchritudinis et amenitatis. maxime cōfidentie et securitatis. ma-  
xime opulentie et locupletatōis. maxime leticie et exultationis. perfecte iusticie et sancti-  
ficationis. mons doctrine et traditionis. sicut scriptum est. De syon exhibit lex et verbū  
domini de Hierusalem. mons prophetie et reuelationis. ut ex multis scripturis et eius  
cōditionibus glorioisis late possit ostendi sed brevitas gratia his obmissis ad alia re-  
seranda pergendum est.

### De monte Moria.

**A**uria est mons in Hierusalē in quo edificatum est templum Salomonis. sicut dicitur. ii. Paralip. iii. Hunc enim montem emū dauid ab ornan iebus̄ eo sexcentis siclis auri purissimi. vt in eo edificaret altare domino. quando pro numeratione quā fecerat populus est percussus. vt habeatur prīmi Para lippomenon. xxi.

In hoc monte immolauit domino et orauit. et exaudiuit illum dominus de celo in igne super altare holocausti.

In hoc monte obtulit Abraam holocaustum pro Isaac. quē dominus precepit ibidē immolari. vt habeatur Genesis. xxii. vbi dicit glosa Hieronymi super illud verbū. vade in terram visionis et offer filium tuū super vnum montium tē. Hunc montē hebrei dicunt esse illum in quo postea templū cōditum est in area ornan iebusei in monte moria. qui iccirco illuminans et lucens interpretat. quia ibi est dabit hoc est oraculum dei. et lex. et spiritus qui inspirat prophetas. et docet homines veritatem. hucusq; Hieronimus in eodem loco creditur Jacob dormiūss̄ et ascendentū angelorū per scalam vidisse visionem. vt patet Genesis. xxviii. vbi dicit glosa super illud verbū. Nō est hic aliud nisi domus dei tē. hoc dicitur quia preuidit templū et dei cultum ibidem futurū. Fuit autē iste locus collis a latere montis Sion vbi edificata est postea turris David. vnde p̄t̄ ex predictis q̄ mons morea fuit mons visionis et revelationis. mons sacrificij et orationis. mons prophetie et instructionis. mons luminis siue illuminatiois. mons angelice frequentationis. mons diuine apparitionis. mons misericordie et propiciatiois.

### De monte Oliveti.

**O**ns oliveti est mons in iudea iuxta Hierusalē sic dictus. propter copiā oliuarū que in monte illo maxime abundant. Et ideo ab Augustino vocatur mons crismatis et vunctionis. mons luminis. mons pinguedinis et refectionis. et mons medicaminis et curationis. Et hoc dicit ppter olivarum ibi crescentium abundantia. quarū fructus est vnguiculatus. luminosus et delitosus. quia vt dicit Isidorus. Oleum olive ex radicis amaritudine surgit in pabulū luminis. in medica men vulnerū. et in refectione esurientis. In huīis montis olivariū radice siue pede fluit riūulus qui dicitur torrens cedron. inter cuius montem et ripam fuit ortus. quē dominus orationis et quietis gratia sepius frequentauit et subintrauit. vnde et ibi captus fuit primo in orto qui gethsemani dictus est. vt dicitur Io. ix. Ibi enim sc̄z in pede montis fuerat quandā villula dicta gethsemani. cuius ortū tunc temporis adhuc ibi erant. dicit Augustinus. Et illoꝝ locum ortorū dominus ex cōsuetudine frequentabat. Hic autem mons fuit ad orientalem partē templi. et ideo mane illuminabatur sole oriente. de vespero vero et de nocte illustrabatur ex fulgore a luminaribus templi resplendente. Et ideo merito mons luminis dicebatur. tum quia a celo et a templo lumen recipiebat tum etiā quia lucis materiā olei sui abundantia alijs impendebat. vt dicit Augustinus. In hoc monte erat quidam viculus nomine bethphage. qui sacerdotum erat. in cuius monte latere erat ciuitas dicta Bethania. que fuit ciuitas Marther lazari et marie. vt dicit glosa super mattheū. xxi. De hoc monte dñs celos ascendit. et super eundē montem ad iudicium apparebit. vt patet in actib⁹ apostolorū primo capitulo. In hoc mōte edificauit Salomon delubra excelsa vt patet. ii. Reguz. r. Et ideo vocatus est mons olive et propiciatiois. mons offensionis. iii. Regum. xxiiii. sc̄z quia in illis idolis offendit Salomon deum suum.

### De monte Ebron.

**E**bron mons est in iudea. in quo sita erat vetus ciuitas olim quidem famosissima. hodie autem desolata. ab eiusdem montis nomine Ebron dicta. cuius vallis dicit Dambrē. iuxta quā est alia ciuitas dicta noua Ebron secus speluncam dupliciti exstructa. Mons autem iste et ciuitas Ebron iuremerit. sc̄z vniuersis solennis habetur et per celebris ratione sanctorū patriarcharū quorum

corpora ibidem quasi a mundi principio requiescent. **E**s est etenim civitas ipsa antiquissima. Nam ebron septem annis ante thamni urbem egypti condita est. ut habeat Numeri xiiij. Illum ergo monte potentissimi et fortissimi viri iure hereditario possederunt. ut patet Iosue. xv. ubi inter cetera ita dicitur. Deleuit enim ea caleph filius Enach Sezei et Achiman et Tholmay de stirpe enach. In hoc monte tanquam in loco tuiorū principiū regni David instituit. et ei illac ascendere post mortem saulis iussu. ubi septem annos spacio regnare. tandem ad tonus regni Hierusalē fastigium assumptus fuit. Iste mons ab antiquis Lariorum beatus fuit primus nuncupatus. id est civitas quatuor quod nominatissimum virorum quatuor corpora ibidem requiescunt. scilicet Adam Abraam Isaaq et Jacob. ut dicit Hieronymus. Ibi etyiores eorum famosae mulieres sepultae sunt videlicet Eva Sara Rebecca et Iza. In spelunca hinc omnes reconditi duplice que respicit mambre. quam emit Abraam a filio sib. ut habeat Genes. xxvij. Illuc sarraceni sepe vadunt peregrinatum. muschkeam insignem ibi habentes. nec aliquis sine christianū siue iudeum ingreditur illā sinunt. Uerū per quandā fenestrā sepultura illa conspicere potest.

#### De monte Bethel.

**B**entes bethel sunt in iudea vicini Hierusalē. ubi domus domini fuit sub Salomonē edificata. Hinc autem montes bethel nemorosi arboribus cōsūti. ferules et secundi. graminibus et herbis aromaticis pleni. et ideo cervi capree et bisoni. frequētare illos montium cacumina sunt cōsueti.

#### De monte Sylo.

**S**olis sylo qui hodie ad sanctū Samuelē dicitur. altior est omnibus montibus in terra sancta existentibus per circumfētū. et quantum ad situm supereminet vniuersis. et ibi multo fuit reuerata tempore arca federis domini. Atque crebro populi israel cōventiones in eo celebratē pro diversis causis ut in plenisque veteris testamenti locis habetur.

#### De monte Garisim.

**G**arisim ut dicit Hieronymus est mons iuxta Jericho cui vicinus est mons hebal ex aduerso respiciens. In his duobus montibus benedictioes et maledictioes populo intranti terrā permissionis promulgebantur. ut per benedictiones prouocarent ad bonū legis amatores. per maledictiones vero terreni decalogi transgressores. In garisim vero sex tribus nobiliores cum sacerdotibus proclamabant benedictiones. ut habetur Deutero. xxvij. capitolo. At ideo inoleuit cōsuetudo ut mons ille habaret in veneracione a posteris. et frequentaret causa sacrificij et orationis. Unde inter iudeos et samaritanos fuit cōtentio de loco adorationis. samaritans preferentibus monte garisimi cōuenientiore esse ad orandum quod templū in Hierusalē iudeis contrarium asserentibus. ut pater Iohannes. iiiij. tam in textu quoque in glosa.

#### De monte Hebal.

**H**ebal est mons trans iordanē in quo steterunt sex tribus post iordanis transiū ad maledicendum illis qui precepta decalogi non seruarent. ut patet etiam Deutero. xxvij. Et est mons ut dicitur cauernosus et voraginosus. patiens secundius terremotū cui cōcordat interpretatio eius. nam hebal vorago interpretatur. Fuit itaque mons maledictionis et interpretationis. in quo mala transgressoribus imprecabantur. Reputabatur etiam mons vilitatis et abiectionis. unde et sex tribus agnobiliores scilicet ancillarum filii super montem hebal fuerunt ad maledicendum populo deputati. Deuteronomij. xxvij.

#### De monte Quarentena.

**Q**uartentena est mons excelsus valde surta Jericho. ad dimidiam leucam eundem de galgalis in Jericho. In cuius superciliū fūi aliquos christus a diabolō fuit ductus. ubi ei ostendit omnia regna mundi et gloria eorum dicens. Nec omnia tibi dabo si cadens adoraueris me. ut habetur Matthhei. iiiij. Alij autem tradunt quod in alio quodam monte fuerit christus tentatus qui per tres leucas distat ab isto. existens in deserto a latere bethel et hay australi. Sed id certum habetur quod in isto

monte fuit christus quando ieiunauit quadraginta diebus et quadraginta noctibus. ducus in desertum illud a spiritu post baptismum retentaretur a diabolo. ut habetur ibidem.  
**I**n huius pede montis effluit fluuius Helizei. de quo habetur. iiiij. Regum. iiij. capitulo. q[uod] virtus ciuitatis Jericho accedentes ad helizem dixerunt. Ecce habitatio ciuitatis huius optima est. sicut tu domine ipse p[ro]spicis. sed aque pessime sunt et terra sterilis. At ille iussit sibi afferri vas nouum et mutti in illud sal. Quod cum allatum fuisset egressus ad fontem aquarum qui est in pede montis huius et misso in illum sale sanavit aquas ut non esset in eis ultra mors neque sterilitas. et ita sanata sunt aquae ille usque in diem hanc. iuxta verbum helizei quod locutus est. Est autem fluuius amenus valde et delectabilis. iuxta quem peregrini illo venientes coquescere et pausare solent.

#### De monte Hermon.

**H**ermon est mons modicus super iordanem situs: qui herbis et pascuis est fecundus. Nam circa radices eius sive circa pedem affluentis iordanis imbuuit. circa verticem vero eius seu cacumen copioso rore perfunditur. et ideo virore ex roris et aque influentia decoratur et insignitur. propter quod et ibi nutribantur pecora que in templo debuerunt immolari domino et offerri. Et quia animalia ex rore fluminis et herbis impinguata. in monte syon id est in atrio templi offerebantur. Ideo dicitur secundum hebreos per prophetam quod ros hermon descendit in monte syon: quod ad litteram fieri non potuit. quod mons syon monte hermon altior existit. Insuper et ab eo valde remotus fuit. per tanto igitur ros montis hermon dicitur descendisse in syon. quod pinquedines et adipes animalium que in illo monte pascabantur ad pastum ignis altaris in Hierusalim sacrificio offerebantur. propter quod et hermon lumen exalta tuum interpretatur sicut dicit glosa super psalmum. quia lumen in altari augebatur quoniam ignis sacrificij tali pabulo souebatur.

#### De monte Carmelo.

**C**armelus est mons indee in qua est ciuitas dicta Carmela. Et est duplex carmelus. unus in superiori parte contra meridiem in quo Nabat legitur pauisse greges. i. Regum. xxii. Alius est carmelus in inferiori parte terre respiciens mare. inter quod mons fertilis est in pascuis fructibus et herbis.

#### De monte Ziph.

**Z**iph mons est squalidus et umbrosus. in quo latuit dauid quoniam fugit a facie saulis. et est iuxta carmelum in quo nabat carmelites quondam habitabat. qui sunt de stirpe calephitis ut dicit Hieronymus. Et autem mons multum nemorosus. dum et arboribus in fructuosis cōsitus. et saltuosis feris et ibicibus perniuis. speluncis et antris plenus et plurimum cancerinosus. et ideo fugitiuus et latere volentibus cognitus est. et ignoratus transiuntibus periculosus.

#### De monte Thabor.

**T**habor est mons in medio capo. et est mons mira rotunditate sublimis. distans a cesarea decem miliaribus ad orientalem plagam et fuit in confinio zabolon. Isachar et neptalin. Hic mons inter totius terre promissionis montes maxime est famosus ratione suis. fertilitatis amenitatis fortitudinis: et firmitatis. Hebra enim illius mons est fertilis vincis. olinis. et alijs arboribus fructiferis et herbis. Ver ibi est salubris. ros frequens et dulcis. imber tam temperaneus quam serotinus mediocris. Ibi arborum proceritas que non deponit hyeme vel estate comam vel virorem suum. Ibi aurum multigenarum canorus sonitus et sonora suavitatis. quarum voce afficitur auditus. pennarum varia dispositione ad earum aspectum pronocatur visus. in carnium suavitate delectatur gustus. Et ideo multi sunt ibi aucupes aniculis locum istum frequentantibus. rhetia et tendiculas imponentes. sicut dicit Hieronymus super illum locum. Osee. iiiij. quasi rhete impansum super montem Thabor et ceterum. Super omnia autem montem istum redit commendabile presentia salvatoris qui in hoc monte docuit. In hoc monte gratia orationis gnocianum. In hoc monte aliquem pauperrimum et tam spirituali quam corporali pabulo recreauit. In huius montis etiam supcilio coram discipulis suis se trāfigurare voluit

et future claritatis gloriam in suo corpore discipulis reuelauit.

*De monte libano.*

**L**ibanus est mons phenicis altissimus. cuius sepe meminerunt prophete et scripture. Dicitur autem libanus a thure et dicit Isidorus. quod ibi colligitur cuius pars ad orientem respiciens libanus appellatur. ut dicit Isidorus. Libanus etiam id est candidatio vocatur. quia perpetuis niuibus tempore hyeme scz et estate candidatur. Nullo enim tempore ita nix totaliter eliquescit quin in aliqua parte in eo valeat inueniri. Est autem libanus fluminorum et fontium principium et origo. ex eius enim radice oriuntur duo fontes scz Jor et dan. qui simul iuncti iordanem efficiunt. Libanus igitur est mons redolentie et summe aromaticitatis. nam ibi herbe odorifere crescunt. ibi etiam arbores thurifere coalescent. quarum gummi electum olibanum a medicis nuncupantur. Item mons est sufficientie et fecunditatis. Nam propter roris abundantiam et pluviarum frequentiam herbis abundat. precipius pascuis uberrimis et fructibus optimis et maturis. Et ideo in monte libani nutriebantur animalia que os cerebantur in templo. et in ipsius pascuis fouebantur. Item mons erat eminentie et maxime sublimitatis. quoniam omnes alios montes illius regionis altitudinis situ libanus excedebat. Et ideo venientibus tyrum per remota valde maris nauigia. se navigantum oculis offerebat. et quos deberent navigantes petere portus sua altitudine ostendebat. Item mons erat indeficientis influentie et semperne humiditatis. nam tamen siccitate preferat in sua superficie. nobilissimum tamen abundat intrinsecus venis aquae. ut patet in puteis aquarum viventium. que iuxta Salomonis sententiam in canticis solent continere cum impetu de libano emanare. ut dicitur Anticoz. iiiij. quasi puteus aquarum. Item mons prudentie et securitatis. nam in libano quiescentes tunc sunt a venenosis serpentibus quos sua aromaticitate et virtute fugant tamen herbe quod arbores ibidem continent crescentes. nam cedri ibi crescentes suo odore fugant omnia venenosa. et ibi venenosam reptilia vivere non permittunt. Item mons est pulchritudinis et amenitatis. Nam cedrorum et aliarum virentium arborum mira proceritas graminum. et herbarum continua viriditas. aquum silvestrium sonora suavitatis. riuiorum et fontium multiplicitas libani amenum faciunt et iocundum. Item mons est medicine et sanitatis. ibi enim species aromaticae crescunt. que sunt contra morbos innumerabiles remedia et medele. Ibi cypri et olive quorum liquores et resine sunt contra diversarum infirmitatum incomoda. precipue medicine. Item mons leticie et iocunditatis. nam in collibus libani quondam crevit abundantia vini optimi. quod precipue leticie et hilaritatis maxime est induxit. Item mons honoris et dignitatis. nam inter omnes montes arabie phenicis et syrie. mons libani in sublimitate. in fecunditate. in amenitate et aeris salubritate. obtinet principatum. ut dicit Hieronymus et Josephus.

*De monte Seheron.*

**S**heron est mons de quo dicitur. iiij. paralippon. xiiij. Dons in quo est modo sebaste. ubi reliquie Johannis baptiste requiescunt. In eodem quidem monte prius edificata est samaria a qua et tota regio postea samaria est vocata. Hec ciuitas ratione montis fuit fortissima. et ad expugnandum difficilima. unde et reges assiriorum miris sumptibus et bellorum maximis apparatus eam tribus annis continue obsederunt. Et vix proprie angustia contra ipsam preualere viribus potuerunt. immo ut dicit Hieronymus et Johan. nunquam eam expugnassent si ipsius habitatores deum israel ad iracundiam provocantes plenam fiduciam in eo habuissent. et ipsius legem nullatenus reliquistissent.

**I**n secundam partem prime huius partis principalis de morib[us] n[on]ibus et errorib[us] eoz qui sancta inhabitat terra p[re]faciuncta incipit.

**P**osteas q[ue] in superioribus sancte peregrinatiois Hierosolymitane loca de scripta sunt figuris pariter et scripturis. superest ordine cognitu sucta pollicitum. incolarum et indigenarum locorum eoz unde leges ritus et mores. immo perfidiam detestabilem: pestiferos errores. heresiesq[ue] damnatas. propter a nobis inter peregrinandum exacta indagine et inquisitione studiosa potuerunt deprehendi. in medium p[ro]ducere. atq[ue] hic sub copendo annotare. ad latidem et honor[em] vnicet re fidei nostre orthodoxe. sancteq[ue] rhomane ecclesie catholice. que absq[ue] macula et ruga sponsa permanet decora. sponsor suo christo fideliter coniuncta. qui semetipim tradidit pro ea ut illam sanctificaret mundans eam lauacro aque in verbo vite. vt exhiberet ipse sibi eam gloriosam sanctam et immaculatam. Ad ignominiam vero et confusione illorum perfidorum superbiorum et obstinatiorum. siue sarracenorum qui pseudo sui prophete Dathanum. sacrilegas imitantur leges. immo fabulas inanem siue scismaticorum eisdem in terris existentium. qui se falso christi cognominant cultores. ore quidem contententes se nosse deum. quem tamē factis negant. ab obedientia sancte rhomane ecclesie pro sua superbia et arrogancia pertinaciter segregati. Proinde etiā longe a salute effecti. eo q[uod] omnis qui est extra arcam Noe. id est ecclesiastici sancta catholicam et apostolicam p[ro]p[ter]eat necesse est. Longe profectio ab his peccatoribus salutis. quia iustificationes domini non recte exquisierunt. siorum dogmata heresiarcharum pure et simplici quam nos amplectimur (felicitate sane) veritati p[re]ferentes. Generatio porro peruersa est et infideles filii. gens absq[ue] consilio et sine prudentia. utinam saperent et intelligerent quod inobedienti Sauli regi dixit Samuel propheta. Numquid vult dominus holocausta aut victimas et non potius ut obediatur roci siue. Nam et ipse dominus dicit. qui ecclesia non audierit (intelligens procul dubio eam quam ipse supra petram fidei edificavit. atq[ue] fundavit rhomanam scz) sit tibi tanq[ue] ethnicus et publicanus. maior est enim obedientia q[ue] victime. et auscultare magis q[ue] offerre adipicere arietum. Quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare. et quasi scelus idolatrie nolle a cōfessore. Hola est p[ro]fectio que fidei meritum possidet obedientia. sine qua quisq[ue] infidelis coniunct. etiam si fidelis esse rideat. Sed bac de re infra latius disseret. Hoc unū adiectū velim. p[ro]monitūq[ue] fore cupio eius rei lectorē. q[uod] nequaquam mibi insentiarū desumpti contra hos quos narrabo errores cognosci aut configere disputando. Id enim longe supra meas esse vires. id longe meā supergrederet facultatē. Id q[ue] ante nos diu acū est per patres et maiores nostros tum eruditissimos tum etiā sanctissimos viros. multoq[ue] ea super re labore est sudatū in sacris generalib[us] cōciliis et synodis. In quibus tū multi tum graues sunt editi canones contra coldē. Ceperunt autē ut omnibus notū est h[ab]emō generalia celebrari cōcilia a temporibus Constantini. In p[re]cedentib[us] nāc annis p[ro]secutione feruente: docendarū plebiū minime dabat facultas. Unū christiani tas in diuersas heresies scissa est. q[uod] non erat licentia episcopis in unū conuenire: nisi tpe supradicti imperatoris. Ipse enim dedit facultatē christianis libere congregari. Sub hoc etiā sancti patres in cōcilio Niceno de omni orbe terrarū conuenientes iuxta fidē euangelicam et apostolicā. scđm post apostolos symbolū tradiderūt. Inter cetera autē cōcilia quatuor esse scimus venerabiles synodos que tota principaliter fidē cōpleteuntur. quasi quatuor euangelia vel totidē paradisi flumina. Hācū nicena synodus. ccxviii. eporum constantino augusto imperante pacta est. In qua arriane p[re]fidie cōdemnata est blasphemia quā de inequalitate sancte trinitatis idem arrius asserebat cōsubstantialēq[ue] deo patri deum filium eadē sancta synodus per symbolū diffiniuit.

**S**ecunda synodus. c. l. patrum sub Theodosio seniore constantinopoli congregata est que macedoniu[m] spiritu sanctu[m] esse negantē p[ro]demnās cōsubstantialē patri et filio spiritu sanctu[m] demonstrauit. dans symboli formā quā tota grecorū et latinorū p[re]fessio in ecclesijs predicit. Tercia synodus ephesina prima ducentorum episcoporum sub iuniorib[us] Theodosio augusto edita est. que Nestorii duas personas in Christo asserente iusto anathematē

cōdemnauit. ostendens manere in duabus naturis rnam dñi nostri Iesu christi psonā.  
**Q**uartus synodus chalcedonensis. dc. xxx. sacerdotū sub Darciano principe habita est. in qua Euticen cōstantinopolitanū abbatem verbi dei et carnis vnam naturam pronunciantē et eius defensorē Diocorū quondam alexandrinū episcopū et rursum Nestorii cum reliquis hereticis vna patrū sententia predamniauit. pdicans eadē synodus christum dñm de virginē sic natum. vt in eo substantiā diuine et humane cōfueantur nature. Hē sunt quattuor synodi principales. fidei doctrinā plenissime predicatorēs. Verum nō solū in istis sed et in alijs multis p̄cilijs temporū successu. varijs in locis celebratis. nō modo acerrime disputatum fuit cōtra illos heretorum inuentores et sectatores. De quibus infra suis dicetur locis. sed et tremendis ac terribilibus sententijs et graibus censuris in eos est fulminatū. Ergo his p̄missis et p̄suppositis tanq; prius et aboliū studiosissime ventilatis animis est mibi dumtaxat eos quos inter lustrandum terras illas et perscrutandū incolarū mores et obseruatiās. cōperi errores. pura recitare veritate et simplici stilo designare. Eo potissimum fine vt talibus cognitis errorib; qui bus sancta illa fedatur terra. orthodoxorū animi magis ac magis inardescant. cōcidentur. cōfortentur q; cōtra pessimos et p̄phanos locorū illorū sacrorū nō tam inhabitantes tñ maculatores. Ita vt si vñq; deo volente. ac sancta disponente ecclesia vlla artis oportunitas. p̄fidos illos exturbandi et exterminādi. ipi veri christi cultores. ac christiane religionis zelatores. more fortissimorū quondam et zelosissimorū machabeoz. p̄mittores paratores feruentioresq; inueniantur. p̄ christo. proq; eius r̄leiscenda iniuria. pro fide deniq; et sacratissime terre illius expurgatione. animas suas ponendi. morteq; subeundi tum honestam tum etiam sanctam.

**Q**ueterū vt ordinatus in rem veniam. primū omnium de sarracenis et eorum legib; dissenserere instituti mei est. Postac de aliorum varijs sectis ex ordine dictatus. verū quo sarracenorum error et xp̄hana lex amplius elucescat fiatq; cognitu euidentior. In primis de ipoꝝ sarracenorū maledictio seductore scilicet Dabumeto pauca duci p̄missta videlicet.

Primo

Ortu et origine siue nativitate.

Secundo

detestabili vita et cōuersatione.

Tercio decius

secte pestifere introductione.

Quarto

misera et infelici morte.

Quinto de articuloꝝ in alkorano siue lege eius cōtentorum enumeratione. et iporum cōpendiosa improbatione siue sugillatione. ppter rudes quosq; ne fabulas illas. diuina oracula putent. q; nil prorsus habent fundamenti.

### De ortu et origine Dabumeti.

#### Primum capitulum.

**D**e tempore quo Bonifacius papa quartus ecclie rhomane presidebat. et focas imperiū administrabat. qui regnare cepit Anno dñi. dc. quinto. vt traditū historic. quo videlicet tempore Losdroe rex persarū. grauissima bella ecclesie mouens. multas rhomanorū. p̄uincias et ipam etiam dies rosolviam inquisit. ac destruens ecclesiās. sacraq; loca. p̄phanans. inter cetera que rapuit. etiam crucem sanctam pro parte ibi ab Helena relictam asportauit. nam fuit ille perditionis filius Dabumet. currente iam dominice incarnationis anno dc. sexto. sub die vicesimatercia mensis Aprilis. Luius nativitatis exordium. vite quoq; et cōuersationis mortisq; seriem omnē libellus quidam qui in transmarinis partibus habetur famosus. sed et Vincenti beluacē. in speculo suo historiali. li. xxiiij. ca. xxxiiij. et sequentib; multis. diffuse tradit ad modum et copiose. ex quibus que sequuntur cōpendiosius sunt extracta. atq; in ordinē historic redacta. Fuit siquidē vir quidā in arabia. cui nomē abdimenech. sarracen⁹ generē siue agarenus. Nā sarraceni p̄rie sunt agreni. r̄pote nō ex sara legitima consorte et cōthorali Abrae. sed ex agar eius concubina.

descendentes ex progenie scz Ismaelis. unde et ismaelite etiam dicuntur. cuius manus  
vt liber Genesios testatur contra omnes et manus omnium contra eum. Dic ergo Abdime  
nech proxorem sui ritus et cultus accepit (nam venerem vii ceteri arabes colebat.) ex qua fi-  
lium genuit nomen illi imponens Mahumet. quod interpretatum cōfusionē faciens p̄c-  
loqui. cōgruo certe presagio et impositū qui sibi suisq; perpetuā cōpararet cōfusionem.  
Hunc diem nativitatis mahumeti solennē habent farraceni. et per dies septem cōtinu-  
os venerantur. capulis et cōmissionibus rebusq; veneris vacantes singulis annis.  
Ceterum natus mahumet. paulopost utroq; orbatus parente. pupillus et orphanus  
mansit. cuius misertus patrius suus cognomento ab demutalla. in tutelā et curam eum  
suscepit. educauitq; in arabia in loco quodam cui nomen Halingua. Toltuit et ipse ma-  
humet idola cum omni domo et generatione sua. Tunc iam infantile excessus et etatem  
iuuenis factus. cuiusdā nobilis et prediuitis matrone vidue nomine Kadigan famu-  
lus effectus est. cum camelis eius et asinī in syriam et alia loca finitima merces defez-  
rens. donec tandem eam suo captam amore et calliditate seductā duxit proxorem. Utetum  
enam legitur q; a prima sua etate mercator fuerit. atq; cum camelis suis in egyptū et  
palestinā cum iudeis et christianis pergens. ab eis venus et nouū didicerit testamentū.  
atq; magus perfectissimus euaserit. Sedum sic discurrens corozainā ingredereſ pro-  
vinciam. cui Kadigan que supra dominabat. et diuersas species aromaticas ad ea crea-  
bro afferret. cepite mulier ipa familiarius adherere. quā ipse incantationū suarum pre-  
strictam fantasma cepit paulatim in errore inducere. afferens quia ipse esset summus p-  
pheta et nuncius dei. Suffragabant autē verbis eis tam incautationū prestigia q; sue  
calliditatis ingenia copiosa. Quia opinione potens mulier adeo decepta fuit. q; cum vi-  
dua esset cum sibi assumpsit maritū. et omnia sua ei tradidit bona. De hoc ipse mahumet  
in alkoranō suo testatur. scribēs deū sibi dixisse in hec verba. Nonne tu fuisti orphan⁹  
et collectus es. in errore et iustificatus es. pauper et ditatus es.

### De detestabili vita et cōversatione mahumeti.

#### Secundum capitulum.

**P**ro rbi se mahumet locupletatū eiusce mulieris opibus vidit. elatus ani-  
mo. cogitauit super omnē gentem et patriam illā regnū sibi usurpare. Sed  
dum hoc effectui dare facile nō posset preseruit cum paucos adhuc habe-  
ret fautores. arte et ingenio vt poterat. rebatur. sunulans se dei p̄phetam et  
nuncium. quo vel sic regiam tandem nancisceretur dignitatē. Tunc sibi hoc modo pro-  
phete nomen falso assumpsisset. ingressus est ad homines qui tanto facilius qualibet az-  
tutie machinatione decipi poterant. q;sto longius ab omni sapientia et vsu ciuitatis.  
totiusq; humane prudentie honestate per agros et villulas sequestrati. quid dei nunci-  
us vel p̄pheta esset. aut in quo cognosci deberet. deniq; quid inter veritatem et mendacium.  
inter fatuitatē distaret et prudentiam discernere prorsus nesciebant. Ad hos seducendos  
quorundā (de quibus postea dicemus) ope et cōsilio nō mediocriter cōfortatus. In pri-  
mis homines ad se pestiferos et viariū insidiatores fugitiuos. homicidas. predones. ra-  
ptores. latronesq; attraxit. quos ad deuia siliarū cacumina montū atq; prima fontib;  
loca circūquaq; mittebat. Insidiari scz negotiatorib; et iter agentibus. occidere et p̄da-  
ri eos. atq; diripere omnia que vel negociationis vel necessitatis causa bona portassent.  
Nam et ipse q; met cū primo p̄phete sue tpe. de ciuitate veniret ad mechā. camelū pau-  
peri cuius abstulit. atq; cū iam quadragintātrū esset anno p. tali beneficio. p̄dicationis  
sue primordia dedicauit. Hi aut qui in mechā erāt magno cum odio p̄sequabant. eo q;  
oīa eius maleficia nossent. Quippe qui cū latro esset et predo. p̄pheticam se dei stultis hos  
minibus mentiebat. Abiū ergo inde in quandā ciuitatē destruciā. quam ex maiori pte  
paupes inhabitatā iudei. ī quā ingressus vt iusticie sue regulā. modūq; sue p̄pheticā on-  
deret pupillis cuiusdā carpentarij filijs domūvi abstulit. sibi in ea templū cōstituēs. Ex  
bac ciuitate quot et quāta mala. damna et bella. et viatorib; et locorū incolis intulerit.  
quot enam ex suis socijs amiserit. longū esset euolue. et maxime tamē insidiariū insultus  
die et nocte agens. virginis ex numero confictus sine cōgressus hostiles in pauperes. co-

tempore gessit. nouem per se. reliquos per socios. Hec sive prophetie exordia fuerit. Et quod  
decretus longe erat. si quis ei in huiusmodi maleficis contradicere aut eum redarguere  
solum posset. mox eum vel per se vel per suos proditorie iugulabat. sicut (quod certum  
est) senem quandam iudeum in lecto dormientem ideo preter ceteros fecit iugulari. quia se  
ab eo rituperatum dicebat. Animaduertat quisque rationis compos. si hec ad dei prophetas  
pertineant. in quibus nil aliud quam fraus et violentia. atque humani sanguinis effusio (quod  
latronum est proximum) apparuit. Quis rurisque non dico prophetam. sed qui vel modicam dei no-  
ticiam habet et talia fecisse auditus est. Non non poterat se de illo iudeo (ut reliqua sileam)  
aliter vindicare nisi dormientem cosideret. quod arditu horrendum est. Sed unde hoc ei.  
nisi a diabolo qui et ipse homicida extit ab initio. Tunc rabi est id quod de scipo in alkora  
no suo tradidit. missum videlicet se cum pietate et misericordia. quod quo modo veru rabi  
tanta in homines feritas. tanta crudelitas agebat. Cetera plurima eius detestanda trah-  
eo facinora. que ipsum fuisse pseudo prophetam et vas omnis iniquitatis evidenter coni-  
cerent. si pre ocio in medium adducere licet. sed ratione habendam pio lectori censui  
magis. Hoc rurum et multis velum adiectum. risu profecto dignum. quod cum ipse quadam  
vice cum suis satellibus pergeret. contra eos qui sibi pro sua malicia credere contempse-  
rant. virtus et vulneratus. labore superiori coactus. contractis genis. dentiumque inferiorum  
medio excusso. ac rutilo miseri abiliter dilacerato. rix a seculis defensus evasit. At cum se  
per numero diceret semper se decem habere angelos custodes bia deo datos ne rurisque  
ledetur. liquido apparuit. quia mentita est iniquitas sibi. Dirum profecto videri cuique  
potest. quo pacto is dei nuncius et prophetam haberi potuerit. cuius ut bruci verbo omnem  
describamur vitam. alia non fuit actio quam homines interficere et aliena diripere. ut ostend-  
sum est. atque supra incestus et adulteria perpetrare. quod nunc paucis absoluimus. Erat  
siquidem ipse Mahometus preter tantam tyrannide omnium hominum sui temporis impudis-  
cissimus atque unpuissimus qui eniam suo alkorano tale non erubuit dedecus inscriberet  
diceret (sicut patet legenti) tale donum a deo renibus suis datum ut quadraginta viros  
in eorum quantumlibet potentissimos posset adequare. rabi quoque inter cetera rebus se-  
cederiferis et potissimum mulieribus assicit delectari. Pudet profecto hoc in loco ad spe-  
cialia descendere que tamquam illum porcum sive inferire propheticus puduit minime. Quid  
enim turpis est quod ipse de suayore que Aissa vocabatur legitur fecisse. Hec enim  
cum pulchra esset et dedita libidini. a quodam cui nomen Zaphagan amabatur. qui et  
coenitudo in eam cum ea adulteriu. ipso mahometo sciente et consiente agebat. Tunc  
super hoc a quodam argueretur. qui diceret mulierum copiam esse. nec decere tantum ho-  
minem a muliercula de honestari. dignamque eam fore repudio. Respondit mahometus.  
nullam sibi ex omnibus quas habebat xoribus illam esse chariorem. neque se vel de a-  
liorum verbis vel de eius adulterio curare aut sibi dilectam dimittere velle. quin etiam  
in alkorano suo eam affirmat innocentem fuisse et hoc sibi diuinitus reuelatum. De hu-  
iusmodi vero suis turpitudinibus. plura iam dicemus. nisi libellum hunc in honestissimis  
verbis sordidari formidare. per omnia similis factus est equo et mulo quibus non est in-  
tellectus. Sed et sarraceni (ut hodie est cernere) cum in hoc imitantur. homines omnino  
carnales et bestiales. ut latius infra patet.

De tempore et modo quo mahomet sectam suam  
incipit. Tercium capitulo.

**M**Radunt historie quod regnante iam Heraclio. post focam imperatorum. sub quo na-  
tus fuit mahomet. secta sua ipse incepit. Nam heraclius iste ceperit regnare An-  
no dñi. dc. tercio decimo. et. xxx. annis imperii rex. Bene quidem a principio  
faustaque pro ecclesia agens et probus. sed male cocludens. Nam heresi pessima  
monachitarum qui ruram non in Christo naturam dogmatizabant depravatus. post multas vi-  
ctorias et gloriose triumphos (de quibus etiam partim in historia sancte crucis habet)  
a catholica fide aberrauit. Unde diuina haud dubium promissionem. ei tempestate sarraceni  
ipso mahometo pseudo prophetam ducatum presentem a sedibus suis exentes. Heraclij imperium

graniter deuastare ceperunt. Sic et **H**omarus mahumeti discipulus ut dicit **H**ugo  
**F**loriacenensis circa finem imperii eratq[ue] **D**amascu[m] et regione phenicis et **H**ierusalē totā  
q[ue] syriam et antiochiā per sarracenos occupauit. In quibus omnib[us] locis erant tunc tem-  
poris multi deuoti christiani in cenobis, numero etiā centenario et ducentenario et in-  
terdum ampliori d[omi]no famulantes, qui iporum sarracenoꝝ gladiis ad celestia regna p[ro]-  
uenerunt. Circa finem itaq[ue] eiusdē eratq[ue] vertente iam anno salutis. dc. xli. mahumet, p[er]  
p[ri]a nequaq[ue] cōtentus malitia, nisi etiam velut alter draco tartareus sue p[ro]ph[et]iae doctrinā  
ne aut legis cauda, terciā stellarum partē de celo deūceret, ipam suam nephandissimā se-  
ctam incepit atq[ue] auctore diabolo perfecit hoc modo. Nam ut superius memoratū est  
cum se cerneret regnum arabie per vim cōsequi nō posse, per simulatam sanctitatē id tens-  
sanit, singens se p[ro]phetam et nuncium dei. Sed quoniā rūdis et illitteratus erat, prouidit  
ei diabolus mille artifex, ac animarū nostrarum hostis perpetuus, p[ro]diūsinos quosdā  
sed eruditos et doctos, tum ex iudeis, tum ex xpianis qui eidem tanq[ue] omnis impietatis  
instrumenta assisteret, atq[ue] instructum, in erroribus iugiter soueret. At inter **C**hristia-  
nos precipuus fuisse legitur monachus quidam apostata vir belial noīe **S**ergius, qui  
cum in nouo informauit testamēto. De hoc **S**ergio scriptū reperitur, q[ui] cum in mona-  
sterio suo graniter delinquisset, et ob id excommunicatus et expulsus fuisset, eiuscerei cōsu-  
sus pudore aufugit et ad mahumetu[m] se cōculit. Alibi quoq[ue] legitur q[ui] quidā n[on] altarum  
litterarū clericus qui etiam Antiochiale archidiaconatus fungebatur officio, cum **R**ho-  
mam renisset et dignitatē quandā quam ambiebat obtainere nequissset, indignatus plu-  
rimū et graui cōtra ecclesiā ira et odio permotus, se huic mahumeto cōlunctit in regio-  
ne **L**ubenne in qua cōmixtū et gentiles et iudei cōmorabant. Mahumet vero artib[us]  
magicis intentius adhuc idola colebat quādo hi ad eum venerūt. Nam horū prauo cō-  
silio ab initio sectam illam incepit. Volens igitur **S**ergius predictus aliquid facere,  
vnde monachis illis qui cum expulerant recōciliari mereretur (erant enī heretici nesto-  
rianī, qui dicunt virginē gloriosam mariā non deum: sed hominē tantū peperisse) omni-  
conatu et studio mahumeto persuadebat, ut ab idolis recessens, fieret christianus nesto-  
rianus, quod dum astutia sua perfecisset discipulus eius mahumet effectus est, et **S**er-  
gius se ob id nestorū nuncupauit. Cognito vero iudei q[ui] multi etiam mahumet ipse ad  
qualemq[ue] quasi ymbra christianitatis monachū illum sequerent et pene id quod po-  
stea per mahumetu[m] effectū est per ipm nestorū iam fieri incepisset, inuidentes tūnen-  
tesq[ue] ne in veram aliquādo christianitatē mahumet et alij incideret duos ex suis peritiō-  
ribus et ceteris astutorib[us] submiserūt, quorū unus **A**udias alter vero **L**abalabar vo-  
cabatur, qui malicioſa calliditate socios se eius esse fingentes, multa cum de veteri lege  
docuerunt atq[ue] in alkoranō suo (quo res p[ro]fusior fieret) inscribi fecerunt. Talium itaq[ue]  
cōplicum mahumet doctus magisterio, alkoranū sive legem suam, vitiusq[ue] testamenti  
coloratā auctoritatibus cōposuit. Veris quibusdā, falsa multa et omnino absurdā cō-  
mīscens, atq[ue] venenū ut moris est oībus hereticis suh melle abscondens. Duo sic ut p[ro]-  
fertur cōfecto, mahumet porrectori iam fronte, hyscevidelicet armis munitus et socijs  
se esse p[ro]phetam et dei nuncium ad corū salutē missum diuinitus, audenter populis men-  
tiebatur, asserens maxime ideo se missum ut christianorū et iudeorū leges, que rigide ni-  
mis essent ac severa, mitior p[re]ceptorū temperaret, p[ro]mulgatione. Ut autē eius missione  
instar **M**oisī, prodigia quedā attestari viderent, affixata die populu[m] ad certum conuo-  
cavit locum, ut legem suā in signis et prodigijs lusciperet, qua deceret deuotione. Tunc  
eo sermocinante ad plebem, columba quedā alba que in vicino erat ad hocipm fallaci-  
ter edocta, super humerū eius aduolauit, et grana quedā in aure eius reposita ut erat so-  
lita comedēs, quasi spiritus sanct[us] legis et verba que loquebas suggestere videbas. Tari-  
rus q[ui] ut fertur simili inductus cōsueridine, ut de manu eius pabulū acciperet, ad vocē  
eius coram oībus aduenit, et quasi noue legis mandata cœlitus missa, que ipse cornibus  
eius alligauerat detulit, omnū cū stupore et admiratione cōgredi. Sed et cyphos quos  
dam aureos et argenteos lacte et melle plenos, quos ipse certis in locis terre latēter infode-  
rat, q[ui] si p[ro]diūa revelationē ibidē fecit effodi, ac populo velut in signū future abundātic

quam per eiusdem legis obseruantiam mereri deberet ostendit. **S**ic quasi miraculis et magnalibus diuinis congratulantes et acclamantes, rudes illos seduxit. ac ad legem suam quasi diuinam recipiendam pertinaciter animauit. **I**nde arabes ei adherentes regnum persidis ut supra habitu est infestare. ac deum orientalis imperij fines usq; ad Alexandriam inuadere super eracium ceperunt. **P**orro propter huiuscmodi sceleratissima fore facta sua Mahumet adeo percussus. cepit frequenter cadere epileptica passione. que vulgo morbus caducus appellatur. vnde crebro protritus in terram miserabiliter caput collidebat. ac spumans ab hominabilitate sedum ac visu horrendu spectaculu de se prebuit. ita q; etiam ad tempus omnino insaniret amens affectus. **Q**uod cernens cadigan yr; or eius prima. opido tristabatur. eo q; impurissimo homini et epileptico nupisslet. **S**ed et ceteri hoc comperto in eo scandalizabantur. **N**uos ille conciliare sibi studens. calib; eos callidissimus nequa sermonibus demulcebat dices. **Q**uotiens Gabriellem archangelum mecum contemplor loquentem: totiens claritatem atq; splendorum virtutis eius ferre non sustinens utpote homo carnalis et mortalis. deficio et cado et rapior nonnumq; in extasim. a sensibus proorsus alienatus. **C**redidit mulier. sed et arabes omnes usq; hodie in eo perseverant errore q; seductor ille ex archangeli Gabrielis (qui ei sepius apparuerit) ore. illas quas eis tradidit suscepit leges. **S**ed excecauit eos perculdubio malitia eorum. et demeritis suis obscuratum habentes intellectum. iusto dei iudicio miserant atq; perditum eunt.

### De misera et infelici morte Mahumeti.

#### Quartum capitulum.

**M**uterum postea q; ille pseudo propheta Mahumet. primogenitus satiane multoplures suis diabolicis legibus mancipatos populos peruerit. q; vniq; aliquis heresiarcha seduxerit. ac sanctus quisq; couertit. tandem infelici morte. actibus tamen suis dignissima a quadam emulo suo ut in quibusdam reperiuntur histozis torto infectus interiit. **V**el ut alibi legitur morbo pleuretico per septem dies egrotavit. sensibus amissis. **S**eptimo vero die resumptis paululum viribus uratus est in eum grauiter halay filius abitalib. princeps inter suos. eo q; sic sensum amisset. et idipm ei significavit. **T**unc ille rubore perfusus iussit nullum alium secum manere in domo. nisi alahabet filium abdemutella patrui sui. **R**edeunte autem egritudine septimo post die infelicem exalauit animam. orcis mot tartareis dandam. **I**ntumuitq; venter eius et minimus suis digitus incurvatus est. **F**uit autem obitus eius die lune. duodecima mensis primi. qui apud eos appellatur Rabeg anno vite sue sexagesimo tercio. die quartadecima postq; ceperat egrotare. **V**ita ergo ipius. lxxij. extitit annorum. quorum viginti tres in prophetia sua execrabiliter expendit. **S**ed id haud pretermittendum censui. veru quidem sed ridiculosum. q; cum ipse abhuc viuens. precepisset discipulis suis et amicis ne eum mortuum mox sepelirent. quoniam die tercia post mortem suam assumentus esset in celo. Ibiq; eo defancio preceptis parentes a secunda feria in qua obierat non modo per triduum sed per duodecim dies prestolarentur si quis eum in celo deferreret. longaque fatigati expectatione. nil aliud in eo quam intolerabilem cernerent superex crescere fetorem. tandem nudum corpus sine honore indignantes sub terram proiecere. **V**alis ergo fuit vita mahumeti. talisq; finis profecto miserabilis. **P**orro seductore illo et pseudo propheta sic mortuo. omnes facile eius deprehensa fallitate (nam omnia que derat urita et inania cernebant) reuersi sunt unusquisq; ad suam quam ante tenuerat setam. paucis de sua cognatione exceptis. qui se in regno succedere sperabant. **N**o quidem tempore fuit Lububer vir callidus et prudens. qui non multo post regnum adeptus est. **A**t quanq; id filio abitalib nomine halay principi inter discipulos et amicos mahumeti vehementer displicuisse. adeo tam eum rex obsequijs delinuit et blanditijs. vt sponte ei regnum posse delegaret. **D**ic ergo eos qui auersi fuerant a lege mahumetica. omni ingenio ad eam reuocans. iterum eos errori et stulticie mancipauit. **Q**uidam enim metu penarii. quidam spe honoris. alii alterius ciuiuslibet lucri causa. omnes tamen simulatorie non ex animo rediere. **I**ste quoq; successor Mahumeti iam dictus.

calyptha a suis cognominatus. postea q̄ in regno cōfirmatum se vidit. predecessori suo templum equidem satis preciosum in mecha fieri fecit. et sumptuosam artificiosamq̄ maiore immodū in eo sepulturā. Nam fertur q̄ sarcophagū ī quo ossa mabumeti erat recondita. vndiq̄ per circumitū circūdedit ferro. ac repositis clanculo magnis de adamentis frustis in superiori parte templū. et sarcophago p̄ virtutē lapidis illius in ferrī agentis. paulis per a terra eleuato. suspensum quasi miraculose in aere cernebat. quo artificio delusi populi credebat eius corpus ob sanctitatē suā sic eleuari. atq̄ in eo errore sic dementati semper p̄sternunt. Ut rū anno dñi. Dcccclxxx. vii certa et veridica cōperi relatione. subito horrenda venit tempestas (diuina haud dubiū dispositio) micabant fulgura. ionitria terribilia resonabat. ignis descendit de celo: et grando ingens. in mecham et templū p̄serrim. atq̄ sepulchrū illius maledicti seductoris cū corpore ei⁹ ī pfundum terre vel certe inferni detruserunt. ita q̄ nullo deinceps modo aut studio p̄t inueniri. Dagna q̄ templi pars corruens. igni cōsumpta est. atq̄ ita pseudo sui p̄pheste reliquias et corpore sarraceni priuati sūt et lī intelligere vellent vehemēter valde cōfusi. Sed induratū habentes cor in iniquitatibus. suum nequaq̄ possunt agnoscere errorē. ira dei manente super eos. Et quia sic rebelles sunt lumini: iusta dei sentētia. tenebris obscuratū habentes intellectū. et alienati a vita dñi per ignorantia que est in illis. propter cecitatem et duriciam cordis ipoz. vt apostolus dicit. in tenebris ambulat. in tenebris tandem exteriores ad sūli damnatissimū. p̄phetam pellendi.

De articulis in alkoranō seu lege mabumetica cōtentis. cum eorum cōpendiosa improbatione p̄pter vulgares.

### Quintum capitulum

**A**lkorānū mabumeti siue legem execrabilē p̄phanam. si quis (tantū nactus oī. vt possit) diu et diu legerit relegeritq̄ ēsēpe. p̄prio profecto cōpertum ex plozatūq̄ habebit experimento. q̄ tota illa scripture adeo cōmixta est et cōfusa. vt quicquid ibi est: totum sine cōtinuatione. sine cōpositione. absq̄ omni verborum aut sententiarum ordine vel colore. postremo absq̄ vlo sensu et ratione possum videtur. ita vt nihil ibi sit. quod homini placere possit aut animum oblectare. Nam si eloquentia cōsideretur. nemo tam turpiter aliquid arabice scripsit. Quantum enī ad sapientes arabicos scriptores quid est tota alkorāni litera vel scripture. nisi digna risu barbaries. Ego ibi nihil video (si tamē esse potest aliqd) boni. Nam mala illic reperiri multa dubiū non est. que vel stultus quilibet similius aut certe multo elegātius fingere posset. Esto tamē bona ibividetur esse aliqua. vt verbī gratia. q̄ aliquādo ieiunatur. oretur. et elemosine aliquae fiant. Nunquid primū talia ieiūta sunt a mabumeto. O quanto sanctius. quāto honestius. quāto rōnabilius. Moyses. helias et alij. p̄pheta rum plurimi. Johannes q̄ baptista. atq̄ ipē omnū dñs saluator noster et ieiunauerūt et orauerūt et misericordias īpenderūt. et nos q̄ ieiunare orare et elemosynas dare ante monstruosam mabumeti p̄phetiam longis ante temporib⁹ docuerunt. Cesset ceterū mahumet earū rerum velle videri magister primus. quarū nec dignus fuit discipulus esse vel vltimus. et de his infra latius. Ceterū si quis forte obīciat in alkoranō scriptum esse et ab ipo mabumeto predicatū legem hanc talez esse qualis nec ab hominib⁹ nec a demonib⁹ fieri potest. Respondem⁹ ipm in primis tales certe elegisse quibus eam daret rusticissimos videlicet atq̄ rudissimos et prorsus aggrestes. qui et nouiter de diversis sectis venerantipamq̄ adbuc linguam arabicā ad plenū ignorabant. qui omnino nullius essent discretionis vt eam diuidicare aut discernere nōsset. Deinde cōcedimus profecto per oī et libera p̄fitemur voce. q̄ vere tam stulta tam in honesta tāq̄ irrationalibilis scripture. nec ab hominib⁹ nec a demonib⁹ fieri potest. Puto enim q̄ etiam demones talia scribere erubescerēt. Idq̄ in pcessu patebit magis magisq̄. Sunt etenim in alkoranō duodecim articuli ceteris p̄ncipaliōres cōtentū. quorū sic cinctam narrationē et improbationē quoad sub cōpendio fieri potest ex quodam libello excerptam his inserere opere p̄cium duxi optimo respectu. quē quidē libellum. Pe trus quondā alfonsi iudeus cōfecit qui licet inter sarracenos nutritus fuit. tamen iu-

clauso relichto ad fidem christi conuersus est circa annum dñi millesimi centesimi sexti  
in quo libello sarracenum quendam introducit cum redarguentē hunc in modum. **D**u-  
rari nō desino petre. cur paternā fidem relinquens (quod optime feceris) christianorum  
fidem delegisti et nō potius sarracenoꝝ. cum quibus semper conuersatus atq; nutritus  
es. lingua intelligis. libros legisti. **L**et enī illa probatur esse larga. de presentis vite deli-  
tioꝝ: multa cōtinens mandata. gaudiaꝝ reprimuntur suis cultoribꝫ ineffabilia. pancia  
venient et nō multis onerans eos preceptis. **P**rimus articulus. **M**ancū in die canū  
eo s̄ubbet quinques orare. **S**ecundus. At anteꝝ orant: vt pfectā habeat mundiciā.  
pcepit preputiū. manus. brachia. os. nares. aures. oculos. capillos decentissime. et ad  
ultimo pedes lauare. quo facto. publica voce precantur. vnum cōfidentes dei: qui nullum  
similem sibi habeat aut equaleꝝ. eiusq; p̄hetam mahometū. **T**ercius. **M**ensem  
preterea integrum in anno ieiunant et ieiunantes nocturno tempore comedunt. diurno  
abstinent. **Q**uartus. **S**emel aut per singulos annos propter solam recognitionem  
ad domum dei que est in mecha iubentur ire. et ibi adorare. eamq; incōsultibus tegumē-  
tis circumire. Itemq; lapides per media femora retro pro lapidando diabolo iacere.  
**M**ancū dicit Adam cum de paradiſo exulasset. dño extulisse. et omnibus filiis  
suis (donec Abraam venit) locum orationis fuisse. Qui vice Abraam eam instaurauit  
atq; in ea vota rōuens dño sacrificia obtulit. Quā et filio suo Iſmaeli post mortem re-  
liquit. eiq; et omnibus filiis eius per multa annos curricula. donec mahomet nat⁹ est  
orandi domus permansit. **Q**uo nato: deus eam sibi cunctisq; generationibꝫ suis et se-  
quacibꝫ. hereditariam promisit.

**Q**uintus. **A**mplius dei aduersarios et eorum p̄hetas. iubentur predari. caputare  
et interficere modis deniq; omnibus persequi ac delere nisi resipiscere. et ad eorum fidē  
conueri voluerint. aut indictū seruitus censum persoluere.

**S**extus. **A**bsoluta deniq; est eis et p̄cessa omnis caro preter porci carnē et sanguine  
vel morticinii: ad recessū. respūntq; quicqd in dei noīe nō fuerit cōsecratum.

**S**eptimus. **A**let preter hec illis eodē tempore quattuor legiūmas habere uxores:  
et repudiata qualibet aliā semper accipere. ita tamē vt nunq; quaternariū numerū tran-  
scendant. In repudio q; id obseruatur vt eis rōsq; tertio. quamlibet repudiare et eam  
rursus liceat recipere. **E**mpticias vero et captivas quot quis habere voluerit et nutritire  
poterit. lictū erit. et easdē vendendi denuo: emendiq; liberā habet potestate. sic tamē vt  
postq; semel grauidā fecerit. ne quāq; eā ulterius iugo seruitus stringere possit.

**O**ctauus. **A**cceditur insup eis vt de p̄pria cognitione uxores accipiāt. quatenus  
sanguinis sui proles accrescat. et fortius inter eos amicicie vinculum vigeat.

**H**onus. **D**e possessionibus recuperandis. iudicia talia sunt inter eos qualia et apud  
hebreos. vt sc̄z penitor testibus coprobat. ac negator semetipm expurget. **T**estes autem  
nullos nisi valde probatas personas suscipiunt. quibus sc̄z credere fidemq; possint ad-  
hibere sine iuramento.

**D**ecimus. **I**n alijs plerisq; iudicialibus mosaice legis custodisit more. vt qui homi-  
nis sanguinē fuderit. eadem pena plectat. **A**t quisquis in adulterio deprehensus fuerit:  
cum adultera pariter lapidetur. Qui autē cum alia qualibet fornicatus fuerit: octogin-  
ta sustinet plagas sive flagella. **P**ari mō si q; de furto cōuincatur primarice et secunda.  
verbibꝫ castigetur. pro tercia vice manū. pro quarta autē pedem amittat. sed p quin-  
ta suspendat. **A**t qui homini cuilibet membris abstulerit: digno redimat precio. **I**n alijs  
lex talionis obseruetur. oculū sc̄z p oculo. dentem pro dente et ceteris.

**Undecimus.** a vino semper abstinere iubentur. quoniam seminarī et fomes omnis  
peccati esse probatur.

**D**uodecimus. Promisit tandem deus sibi et fidiī suo prophete credentibꝫ. legisq;  
illius obseruantibus mandata. paradisum id est ortum deliciarum preterfluentibꝫ  
quis irriguum. **I**n quo sedes perpetuas habentes. arborum umbris protegentur. nec  
calore affligentur nec frigore. sed omnium ciborum et fructuum generibus rēcentur.  
Quicquid appetit? cuiusq; suggestet. inueniet coraz se cōfestim. **I**nduentur sericis vestibꝫ

omni coloribus. in delitiis accubabunt. current angeli. pincernarū ministerio inter eos cum vasis aureis et argenteis vinum offerentes atq; dicentes. **C**omedite et bibite in omni leticia. quoniam quod deus vobis promisit. ecce cōpleuit. **J**ungenturq; virginibus speciosissimus quas nec humanus nec demoniacus violavit cōtactus. iacinti et coralli splendore forma prestantioribus. **H**ec bona credentib; dabuntur. Non credentibus autem deo et mabumeto eius prophete. erit infernalis pena sine fine. **Q**uantiscūq; vero peccatis colligatus quisq; fuerit. si in die mortis sue. deo et mabumeto eius prophete crediderit. ipso interueniente salu<sup>o</sup> erit. **H**ec et alia q; plurima. cum tu petre a puero et ab ipsis pene cunabulis nouisses scripta. et ab omni sarracenorum gente maxima celeratione habita. **T**ur christiana et nō potius sarracenicā religionē es sectatus:

**R**esponsio Petri alfonsi ad hec. **Q**uancāq; inquit orationis tue cōtextus: plurimū decoris habeat. dulcedinisq; apud eos scz qui summum bonum in delitiis esse putant. de metamen id sperare te mirum est. vt ad id persuadendū insteteris: in quo me nullatenus falli posse sciebas. **A**ertum est enim mihi nec incōpertum. quis mabumer fuerit. quomodo callida se simulatione. p̄phetam cōfinixerit. et ad hoc machinandū quis ei cōsiliarius extiterit. **Q**uātē dicas me lib̄os sarracenorum legisse. linguam scire ac semper inter eos fuisse nutritum. nō iccirco cōuenit vt etiam legem sequar eorum. quam si per singula que narrasti mandata discr̄imus. quantum rationis habeat aut fundamenti facile poterimus invenire.

**P**rimus. q; enim quinquies in die mabumet orandū precepit. ideo vtq; fecit quia suorum cōsilii et eruditione doctorum (de quibus supra mentio facta est) mediaticem inter iudeorum et christianorū legem. suam voluit esse. non quidem probitate sua. neq; iussu aut adiutorio dei. sed propria dumtaxat et suorum temeritate et iniquitate. **J**udei namq; fm legem ter in die orant. **C**hristiani vero septies. sed iste mediū ponens inter vtrung; nec ter nec septies sed quinquies iussū orare.

**S**ecundus. q; autem priusq; orent manus et brachia ceteraq; corporis mēbra ablūunt. id nequaq; ad orationē noscitur pertinere. Nam ad orationez quidem mundari oportet intrinsecus: nō extrinsecus. **D**undicia vero de membrorū ablutione p̄tinebat ad stelle veneris cultores. qui eam adorare volentes. ad modū feminine se aptabant. ora oculosq; tergentes et huiusmodi. **Q**uia vero in pucto stelle veneris (vt aiunt) mabumet rex effectus est. et per omnē vitam suam impudicissimū fuit. ideo hoc in veneris honorem fieri precepit. **I**gitur dum sarraceni frequenti coporū lotione se credunt purificare. apte sane hoc illis dici potest quod et iudeis similia facientibus dominus noster dixit. **C**le vobis hypocrite. qui mundatis quod deforis est: intus aut pleni estis rapina et iniquitate. **Q**uid enim prodest totiens lauare manus et pedes. extergere caput et ita orationibus insistere. rbi cor et animus occupata sunt in effusione sanguinis diripiendis substantiis alienis. v̄xoribus quoq; alior; et filiis captiuandis.

**T**ercius. Per mensēm etiā aīs integrum. in anno precepit mabumet suos ieunare. quo vicia carnis restringant. **S**ed dic queso mibi. quid prodest per diem ieunare et per noctem terq; quaterq; comedere: optimus replere epulis. libidinosissime abiuti mulieribus. **H**ec certe carnem nō debilitant. nō minuunt cōcupiscentiam. sed augent sed corroborant potius. **E**rgo monstruosum ieunium. Absit ab his talis predicatori ieunij post quod in die expletum sic omni libidini. ingluici. crapulis et comedationibus per noctem operā impendere precipit vt nō ob aliud ieunium instituisse rideatur. q; vt postea voluptuosius et appetentius. oīm turpitudo libidinū exerceatur.

**Q**uartus. q; vero semel in anno dicas eos ad domū dei que est in mecha propter recognitionē ire peregrinatū. ibiq; circumire lapillos p̄ycere. et tandem orare tē. domūq; illā iusse. **A**de et Albraq; scias. nō eos id ex aliqua autoritate babere. sed quasi cōmentum quoddam finisse. **A**ntea enim q; legem suam **M**abumet predicasset. idolis pleena erat domus illa. **V**ic ergo gradū siste et ego tibi aperte monstrabo. qualis illa dom? prīns extiterit. quod ibi fuerit lacū. et cur illuc ire et que dicta sunt mabumet facere iusserit. **D**uo filii Ioth Amon scz et Doab hanc domū honorabant. ibiq; duo colebant

idola. unum ex albo factum lapide. quod mercurium. alterū ex nigro quod camos appellabant. Et istud quidem ex nigro lapide: in honorez saturni. alterum et albo: in martis honorem venerabant. Et bis in anno ad hec idola adoranda corum ascendebant cultores. Ad martem quidē quando sol primum intrat arietis gradum. quoniam aries honor est martis. In cuius discessione ut mos erat lapides iacebantur. Ad saturnum vero quando sol primum gradum libre ingrediebatur. quia libra honor erat saturni. Hicqz nudi ac tonsis capitibus thurificabant. Arabes quoqz cum amonitis et moabitis hec idola adorabant. Longissimo post tempore veniens mahumet. pristinā gentis consuetudinem nolens tollere. quasi mutato quodammodo more incōsuntis operis testamentis domum circuare permisit. Sed ne videretur idolis sacrificare p̄cipere. Saturni simulachrū in pariete in angulo domus cōstituit. cui⁹ ne appareret facies: dorsuz tantum extra posuit. idolum vero martis quia vndiqz erat sculptum. subtus terram misit lapidemqz superposuit. Dominibus autem qui ibi ad adorandum cōueniunt. lapides illatos osculari precepit. et humiliatis tonsisqz capitibus inter crura lapides retro iactare. qui et dorsa demudabant quod est signum pristine legis. et ad effugandū demones. se hoc modo lapides iacere dicunt. quos clam in eo ritu posuis venerantur. Et hec est illa preclara mahumeti industria. immo malicia ut cum a ceterorum cultu idoloz⁹ suos inhibuerit. Istud tamē in honore veneris apud mecham suā fieri permisit: quin etiam precepit. Ne ipam dominā suam venerem in qua se potentissimū iactitabat penitus relinqueret sine honore. Quius etiā rei gratia: diem vencris quā nos sextam appellamus feriā. voluit a suis lege perpetuā celebrem obseruari (quod et sarraceni vsc⁹ hodie faciunt) quemadmodū nos diem dominicā festiuamus. et sabbatum iudei. longe tamen alia et alia ratione.

Quintus. Preterea dicas. aduersarios dei et legis sue mahumet iussit predari. captiū uare. et interficere. donec vel credant vel censum persoluant. Atqz id viam esse dei affirmauit. profectio scias. nō id ex dei operibus habet aut preceptis. sed vel odio vel cupidine id iussit. ut suos destruerent inimicos. Nec vlo id pactio fieri debet. immo si quis alium in suā velit cōuertere fidem vel sectā. nō id per violentiā sed per piam et rationabilem informationem facere debet. Multi certe abolim fuerunt heretici. quos tamen nec gladio nec coactione aliqua. sed fallacibus et dulcibus sermonib⁹ legimus vsos fuisse. Et omnes quidē ita fecisse noscuntur preter mahumetū. qui gladijs qui violentijs qui terrarū depopulationibus. qui rerum omnīū drepitione. qui pessundatione facultatū. etiam nolentes: suam cogit sub legē. Ubi ergo tua manet scriptura o mahumete in alkoranō posita. qua te in pietate et misericordia hominibus missum assueristi. Qualis q̄so misericordia in effusione sanguinis. latrocinijs. predis. aut mortibus. rbi etiam est oro quod in alkoranō posuisti. dicens ad temetipm. Si dñs deus tuus vellet: totius seculi gentiū vniuersitas crederet. Cur ergo credere cogis. cū nullus credat etiam tuo testimonio nisi dei voluntate. Sed dico quia nō modo in isto sed in pleriqz alijs tua sibi ipsi contraria et repugnās est scriptura alkoranī. ut facile patet discurrenti per eam. Nec id tibi sufficit nisi etiam viam dei esse predicares. Absit absit hoc a deo ut talis sit via cuius qui ab inicio fecit hominē rectum. ac in manu cōsilij sui eum reliquit. morte apposita vel vita ut libero arbitrio quod vellet eligeret. Nec quisqz de plebe eius vnc̄s fuit qui fecerit talia aut mandauerit fienda. via certa diaboli est. cuius tu membrū es. et quidē preclarum. Hoc tamen hic velim adiectū. Ex enim hodie sarraceni presertim turcomanni id nō obseruant. hinc reor esse. quia vnumquęqz in sua fide credunt posse salvare. et id ex alkoranō se dicunt habere. quod iterū prior (quod nunc impugnam⁹) mandato penitus est aduersum.

Sextus. Ampli⁹ cur mahumet porcū comedī retuit. ego quidem ob aliud nō arbitror. nisi forte ob aliquā inter eos et christianos differentiā habendā. Nam q̄ iudei a porco et quibusdā alijs carnibus phibini sunt. ratio certa apud eos est. qđ licet nos christiani ad litterā nō seruemus. implemus tñ mistice. quibus in novo testamento oia p̄ xp̄m sunt reuelata. qui cōditor vtriusqz est testamenti. qui ⁊ q̄ apostolū suū dixit. Dia munda

mundis et nihil reijciendū quod cum gratiarū actione percipitur. Pudet hic satuam il-  
lam et falsam omnino adducere rationē. ob quā porcum suis phibuit. quia vicz vt ipse  
in alkorano dicit: porcus post diluvium ex fimo camelī fuit pcreatū. et ideo immundū  
animal estimauit. cuius tñ cōtrarium habet in dialogo suo ad Abdiam iudeuz. sed hec  
quoniā fabulosa prorsus sunt transeo.

**S**eptimus. Tercū illam turpitudinem quis nō exhorreat mox auditam quam non  
errubuit mahomet in alkorano ponere. de habendis videlicet quattuor vxoribus tpe  
vno et eodē et repudiata qualibet: ex qualibet causa de alia ducenda. Hanc certe legem  
etiam bruta animalia si loqui possent turpisimā p̄clamarent. Sed quid mirum si alijs  
quattuor habere vxores indulſū. qui ip̄e vtpote canis immundissimus quindecim ha-  
buit ingenuas. Ancillas vero et cōcubinas sine numero. quas omnes zelotie amans  
spiritu. inclusas custodiebat ne ab alijs viderent. neq; his erat cōtentus. sed et alioꝝ  
vxores sibi placitas adulterio polluere nō verebatur. Et cum de hoc a multis arguere  
tur. aiebat sibi soli hoc priuilegiū a deo fore cōcessuz. vt prophetas et virtutis filios ad dei  
cultum p̄pagaret. retorquens bestia impudentissima suam luxuriā in deum. vt p̄t̄ in al-  
korano legent. Qx etiam empticias et captivas quaslibet et quoicūq; habere. emere qz  
et vendere permisit. manifestuz est id omnino fore adulterinū. quia multo tiens emit pa-  
ter stupratam a filio et ecōtra.

**O**ctauis. Quid vero mirum q̄ incestum nequaq; phibuit. sed de cognatione p̄pria  
vxores ducere annuit. qui et sodomiam admisit nō modo circa masculos aut feminas  
sed etiā cum bestiis vt liquido patet in alkorano capitulo. q. vbi ita haber littera in for-  
ma. Cōtineatis vos a mulieribus in menstruis et nō accedatis ad eas donec mundent.  
et dum mundate fuerint accedite ad eas parte qua volueritis. Et iterū ibidē dicit. Uxo-  
res vestre sint vobis tanq; vinea. excolite ergo eas qualitercūq; libuerit. Et adiungens  
venenum pessimum dicit. quia re propria ad omnē voluntatē et voluptatē suā quilibet  
potest vi. Et iterum in alkorano capitulo. cliiij. dicit. Deus contulit vobis animalia vt  
ex eis quedam equitarent quedā comederent. et ex eis iuuamēta haberent. et vt per ea  
exequeremini ea que in cordibus vestris p̄ponerent. Et licet vos sarraceni textus istos  
et similes passus in alkorano extortis quibusdā expositionibus palliare et fucare cone-  
mini. tamen apud sapientes vestra expositio merito floccipendit. Cum etiā de ip̄o ve-  
stro seductore legatur. q̄ cum quodā tempore iter faceret mulierē que sibi casu obuiam  
Secundum vero in quo differt ista secta ab alijs precedentibus est. q̄ precedentes vt cōmuniter cogebant fideles ad adorandū seu thurificandū idolis vt patet in danielē de tribus pueris. et in libris machabeoꝝ. et multo frequentius et clarius in legendis apostoloꝝ et martyriū. qui per tyrannicā potestatem multipliciter torquebant cultum idolis prestarent. super quo mirabilia tormenta patiebant vlḡ ad sanguinis effusionē immo et mortē. Tenentes vero istam sectam sarracenicā cōmuniter et vt in pluribus nō cogunt fideles ad apostatandū a fide. Nam in alkōrano precipitur q̄ omnes homines nō recipientes legem suam occiduntur nisi soluant tributū. Ex quo patet q̄ per solutio: nem tributi. soluuntur ab hac coactione. Solutio autē tributi superioribus. etiā si line infideles licita est dicente christo Luce. xx. Reddite que sunt cesaris cesari rē. Q̄ autē sarraceni nō cogunt fideles ad apostatandū a fide est manifestū per experientiā. Dani festum est enim q̄ bodie in sancto sepulchro Hierosolymis et in civitate Bethlehem sunt monasteria fratru minorū devote viuentium. et in monte Synai vbi corpus beate Katherine requiescit sunt multi monachi deo seruientes sub regula sancti Basilij. Et sic patet ratio secunda quare ista secta licet mala et permitiosa. nō tamen fidelibus tam nocuā nec periculosa est sicut alie secte p̄cedentes que conabantur cogere christianos ad apostatandū a fide et negandū christū. Unde nō mirum si diutius toleret q̄s secte erroree p̄cedentes. Sed forte cōtra predicta dicetur q̄ licet ista secta cōmuniter nō cogat fideles ad recedendū a veritate fidei. tamē supprimit eos vehementer. ita q̄ viuunt inter eos quasi sub iugo captiuitatis et servitutis. Item predicti quotidie mouent bella cōtra christianos et multos occidunt et captiuāt. et terminos eoru et terras denastant. Ex quibus videtur q̄ pro bono re noīs dei nō tñ debuissent tolerari. Ad prīmū dicendum q̄ viuere abiecte et sub iugo servitutis nō diminuit aliquid de veritate ecclesiastice dignitatis. Nam vt ait Hilarius in vii. de trinitate. hoc habet p̄ prium ecclesia. vt dum persecutio: patitur floret. dum opprimiſ crescit. dum cōtēnſi persistit. dum ledit vincit. dum arguitur intelligit. tunc stat cum supari videtur. hec ille. Ex quo patet manifeste q̄ veritas ecclesiastice dignitatis nō cōsistit in p̄ speritibus mundanis. dicente christo Iohannis. xvii. Regnū meum nō est de hoc mundo. sed potius in aduersitatibus mundanis p̄ nomine christi tolerandis. quod etiā ex processu primitive ecclesie in bonis spiritualibus potest haberi. Manifestum est enim q̄ in ecclesia primitiva a tempore apostoloꝝ vlḡ ad tempus Silvestri pape. quādo nulla potestas mundana erat a: pud fideles. tunc ecclesia maxime prosperabat in spiritualibus. florbat enim frequentib; triumphalibus martyriis. quādo p̄ fide christi sustinenda summi pontifices et alii prelati et viri religiosi. etiam simplices vtriusq; sexus. pro christi nomine gaudenter tormenta et rabiem tyrannorum vlḡ ad mortem acerbissimā sustinebant. Ex quibus manifestabat q̄ virtutes diuine scz fidei et spei et charitatis. pro tunc in ecclesia. q̄ sunt

vera et maxima bona spiritualia: maxime abundabant. Quando autem processu temporis fideles magnas potestates seculares obtinuerunt, tunc predicte virtutes et si per misericordiam diuinam non ex toto defecerunt, non tam sub eodem vigore communiter reperiuntur, sicut in ecclesia primitiva ut est manifestum. Inter fideles etiam cōmorantes his temporibus in partibus ultramarinis, multi reperiuntur deuotiores quam in ipsis partibus, quod sanitatis patet ex magna patientia eorum in tolerandis eprobribus et iuris sarracenorū frequentier pro noīe christi. Ad secundū vero dicendum quod enim Augustinus in libro de trinitate capitulo xvi. et allegatur a magistro in primo dist. cl. vi. Mala que ab iniquis infidelibus fideles pie perforant, ipsis scilicet fidelibus recte profundunt ad emundanda peccata, vel exercendam probandā iusticiā, hec ille. Unde huicmodi debellationes a sarracenis haud dubium, diuina inferuntur voluntate christianis propter multa eorum peccata que ab eis committuntur in dies et pluriū inualescunt, et in talibus sarraceni reputandi sunt ut flagellum dei et virga furoris eius, prout Esaias et cetera habetur, et ita talia proprie fūnt ad emendanda peccata. Quādoque vero ad exercendā probandā iusticiā. Nam deus qui sine testimonio sue bonitatis: nullum tempus relinquit, languentibus seu tepestib[us] predictis principalibus virtutibus, prouidit ecclesie sue, dans ei reges et principes qui viriliter et fortissime sepe cōtra aduersarios fidei strenue pugnarunt, put patet in historiis germanorum et gallorum et aliorū orthodoxorū europe principum. Ex quibus patet quod sicut olim cōtra idolatras feroce[rum] qui cogebant fideles ad recedendū a cultu diuino et ad adorandū idola, deus disposuit martyrum cōstantiam per quam ostenderetur firmitas fidei ecclesie erga deum. Sic cōtra falsos sarracenos, in armorum potentia cōfidentes, prouidit de potentibus et fortissimis principibus, pro deo strenue militantes, in quo diuina prudētia que in sui dispositione non fallitur se ostendit fidelium iustū et piū gubernatore. Terciū vero in quo differt ista secta a precedentibus est quod p[ro]cedentes secte idolatrariū: dignitatē christi in omnibus et per omnia denegabāt, negantes non solum eius verā deitatem, sed etiam eius bonitatem seu virtuositatem humānā, asserentes ipsum fuisse seductorem et maleficum et huicmodi. Unde cum viros iustos et fideles ad recedendū ab eius fide cogebant, deridebant eos, p[ro]pter crucem et passionem christi dicentes, quomodo inter deos debet computari, et tanquam deus coli qui seipsum non potuit salvum facere, que quidē blasphemia christi cōmuniuerit in legendis sanctorum martyrum, qui sub tyrannica potestate romanorum et persarum et aliorum tyrannoꝝ post passionem christi martyrio sunt coronati. Secta vero ista hoc non facit. Nam ut dictum fuit supra in tertio articulo, licet deitatem christi neget que est summa et ineffabilis excellētia diuine persone, cōcedit tamen ipsum fuisse excellentissimum super omnes creaturas mundi ut dictum est. Unde non mirum si cōtra istam sectam tolerabilius se habeat diuina iusticia diuinius eam sustinendo quam alias precedentes christi hominē vituperantes. Et attendendū quod circa finem mundi antichristus surget prout i[n]d[icatione] ad Thessalonici libro ii. dicit, qui omnes persecutions omnium sectarum predictarum excedet. Nam fideles non solum coget ad recedendū a cultu christi: sed etiam ad adorandū ipsum antichristum tanquam deum ut ibidem habetur. Et ideo non tantum dicitur antiapostolus et antipropheta sicut Nahum fuit ut dictum est, sed etiam antichristus tanquam ceteris magis christo contrarius. Et ideo sicut deus disposuit cōtra persecutionē idolatrariū que maior fuit quam sarracenorum ut dictum est martyres, qui fortissimi fuerūt in fide, instantiū quod mundū vicerunt, omnia mundū scilicet fides vestra, i[n] Johannis, v. Sic cōtra persecutionē sarracenorum disposuit reges qui licet in fidei firmitate non tantum gradum attigerint sicut martyres, fuerunt tamen in fide stabiles, et in armorum potentia deo strenue militantes, instantiū quod de ipsis potest dici quod per fidem vicerunt regna: licet non mundū, ut habetur ad Hebreos, xi. et Iohannes dicto capitulo. Et hec fuit sufficiens prouisio ad sarcenorum maliciam refrenandam. Sic etiam disposuit cōtra maximam persecutionem antichristi enim aduentum suum perficiendum, ubi propter summum persecutorē summus insurget liberator. Quibus consideratis patet ratio maioris et minoris durationis harum sectarum, que sumenda

est ex maioriitate seu minoritate persecutio earundem. Nam quia persecutio antichristi erit maxima: ideo erit brevisima. **V**ix illud Matthaei. xxiiij. capitulo. Et nisi breuiasset dominus dies illos non fuisset salua omnis caro. **E**t pari ratione quia persecutio sarracenorum inter ceteras est minor. ut patet in predictis tribus differentijs. ideo ei⁹ duratio est valde longior ceteris. **E**t qz persecutio idolatraz fuit qsi media inter eas. ideo ei⁹ duratio est quasi media inter durationes pdictas. et hoc loquendo de duratione in communione. nō attingendo ad mensuram temporum exquisitam. quia hoc esset inquirere de temporibus et momentis que pater posuit in potestate sua Actuum. i. capitulo. In quibus omnibus maxime relucet sapientia diuina. que vincendo maliciam diabolica pariter et humana attingit a fine usq; ad finem fortiter et disponit omnia suaviter. Sapientie octauo capitulo.

**V**erum quia doctor ille in his dictis suis nimium videtur sectam sarracenica impensis mani attollere et commendare super alias sectas vnde fideles tepidi reddi possent (vt alias satis sunt) ad expugnandum vel impugnandum ipsos perfidissimos sarracenos. ecclesie dei innocentissimos hostes. et crucis christi inimicos. et preterea rationes quibus vntur fundamento carent veritatis. atq; hec ambo sunt periculosa valde. scz inniti in talibus nō veritati quo ad fundamentum dicatorum et retrahere fideles per huiusmodi dicta a defensione fidei catholice. **T**ecum ex amore veritatis et ad puocandum fideles contra illos pessimos sarracenos. ostendam brevissime in tribus illis differentijs ipsos fore de teriores ceteris sectis vel ad minus equales. et hoc fm ordinē trium differentiarū quas ponit doctor ille in cōparatione ad alias sectas. **P**rimam differentiam assignat tria facit. **P**rimo namq; dicit q; hec secta scz sarracenoꝝ licet mala sit nō tamen est idolatria nec culsum idolorum publice permittit. **S**ecundo ostendit q; deus feruentius punit peccatum idolatrie qz alia peccata. **T**ercio ipse opponit de diuturnitate idolatrie et soluere nititur. **T**ria hec fm ordinē ostendam clarem fundamenti habere in veritate quo ad intentio nem suam fundandam.

**P**rimum ostendos sic scz non valere differentiam. **N**am omnia peccata que sunt equalia quo ad penā inferendam et offensam dei. puocandam nō possunt differre quo ad imputacionem. nec unum magis excusat a persecutione aut toleratione dei qz aliud fm humanam investigationē. **S**ed infidelitas sarracenorum est equalis idolatrie quo ad diuinam offensam et penam peccati. igitur nō est ex hoc ratio reddenda: nec reddi potest ex diuturnior sit fm humanā investigationē infidelitas iporum sarracenorum qz peccatum idolatrie aliorū. maior pater de se et ex fundamento doctoris illius. **E**st enim fundamentum suū qz sarraceni nō adeo grauter peccent seu deum offendant sicut idolatre. **S**i ergo probatur minor qz sarraceni adeo grauter peccēt et puniri merentur sicut idolatrie tunc constat fundamentū nihil cōcludere quo ad humanam investigationē. **D**isnor igitur sic probatur. Nam super id ad Galathas. iiii. Quomodo cōvertimini iterū ad infirma et egena elementa legi. dicit beatus Hieronymus. obseruantia legis veteris cui tunc deditū et ante erat peccatum pene par seruituti idolorum. **E**t alia glosa ibidem. nō distat lex post christum ab antiqua idolatria. **E**t si dicatur ibi colebatur deus. hic vere diabolus. **D**icendū qz quis hic scz in lege colatur deus. tamen nō eodem modo quo debet. **E**t sanctus Thomas dicit secunda secūde questione. xliii. articulo. iii. **A**d tertium qz obseruantia legis nō est omnino equalis idolatrie fm genus peccati: sed equalis pene. quia verūq; est species pestifere superstitionis. **E**x quibus sic procedo. **S**i iudeorū peccatum quo obseruant veterem legem tempore gratie est par et equalis pene peccato idolatrie. puniri ergo fm humanā investigationē merear sicut peccatum idolatrie. et tamē hodie videmus adhuc illā obseruantia vigorosam. igitur fundamentū illius doctoris nihil in certitate rationabiliter excludit. **E**t quia peccatum iudeorū pestifere superstitionis legem obseruantium tempore gratie est equalis pene et est par seruituti idolorum. sequitur de necessitate qz peccatum et infidelitas perfidorum sarracenorum obseruantium legem mahometi. multo magis par est seruituti et pene idolatrie. **C**onstat nūmirum et ex superioribus cōpertum habet. sectā sarracenica peruersissimā. non a dōcō vñqz fuisse datam.

nec pro aliquo tempore bonam: sed superstitionem et falsam semper. Legi quoque tam veteri quam noue contrariam et blasphemantem. atque a cultu dei et vera fide abducentem. que omnia longe excedunt obseruantiam legis veteris iudeorum. quam tempore gratie adhuc obseruantur. utpote quorum lex a deo est data pro tempore suo bona. et necessario illi populo tunc obseruanda. vera semper: et legi noue non contraria. nec ipsa lex vetus blasphemata sed figurat legem gratie et veritatis. Nec quantum in se est auertit a cultu divino neque abducit. sed potius inducit si vere intelligatur ad veram fidem catholicam. Sed si perlustretur lex mahometi in alk orano. omnia predicta et plura nefanda reperiuntur et exprimuntur etiam in obseruancia et moribus et orationibus et invocationibus ipsorum saracenorium peruersorum. Item si attendatur quod venerantur solennissime illum seductorem Mahometum. Item si attendatur quod idem mahometus fuit magus et artibus magicis rtebatur ad inducendum populum ut ipsum crederent prophetam dei. et sic successivae usque nunc omnes sarraceni legem ipsius vestigios patrum inherendo tenent inducti ex magicis deceptiōibus. Et quia huius superstitio ex pacto cum demonibus initio puenit. idolatria est finis sanctum Thomā secundūda secunde questione. xcvi. Et quod est peruersissimum legem statuerunt obſtinationis ut non admittatur quicunque volens de veritate fidei aut legis ipsorum peruersitate loqui in quo in profundum malorum peruerterunt. His cunctis consideratis et comparatis ad obseruantiam legis veteris iudeorum que par est seruituti et pene idolatrie. nulli dubium quin peccatum infidelitatis sarracenorium adeo peruersorum multo magis ratione pestifere superstitionis sit equalis seruituti et pene idolatrie. Quamobrem non est ratio diuersitatis quo ad hoc. cur diuīnior finis humana inuestigatione ipsa secta sarracenorium possit aut rationabiliter debeat esse quam secte idolatraruū. Quo vero annexatur: sarraceni non permittunt idolatriam est ficticium. Nam non sunt idolatri quos repellerent hodie nisi forte valde pauci ut dicit idem doctor met in libro quem intitulauit Scrutiniū scripturarū. ita quod primum dominium seu regnum non habent. ideo sunt de dominio sarracenorū. Nec potest ostendiri unde aliquis idolatrā repulsum fuisse a sarracenis post mortem impii mahometi.

Quo ad secundum quo dicit quod deus ostendit feruentius se peccatum idolatrie punire quam alia peccata. et vult hoc probare ex eo quod solum circa preceptū de prohibitione idolatrie et non super alia deus dicitur zelotes. non potest per hoc probare dictum suum esse rationabile. et tamen in hoc stat rotum fundamentū prime sue rationis. Nam non legitur deus peccatum idolatrie in gentilibus singulariter et feruentius puniuisse. sed in iudeis et respectu illorum quos despousauit sibi per legis dationē pre cunctis populis dicit se zelotem super idolatria. Sed cum sarraceni non sunt iudei nihil ex hoc cocluditur pro eis nec contra eos sicut clarū est. Unde fundamentū huius doctoris claudicat omnino.

Quo tertio opponit et postea solvit dicens idolatriam esse duplice scilicet genericam et specificam. Specificam non diuīnā fuisse sed genericam: non est soluere obiectiōem. Nam obiectio est de idolatria universalis. et ubique viginti tot annorum spacio. Respondere ergo de speciebus idolatrie et concedere genericā idolatriam diuīniorē quam secta illa diuina sarracenorū non est soluere obiectiōem. immo est expresse eam concedere. Item contra illam solutionem posset etiam dici quod omnis idolatria in hac specifica ratione conuenit. quod eusebius seu diuinum honorem soli deo debitum exhibet creature. Ex qua reputat quod diuīnū duravit idolatria sive uno modo sive altero semper hoc fuit primum idolatrie: cultum deo soli debitum exhibere creaturis. et sic multo maioris diuīnitatis idolatria fuit quam secta sarracenorū. Ex quo vltius sequitur quod supra dictum est quod deus non fuit magis zelotes super peccato idolatrie in gentibus quam super alia peccata. Unde argumentum quod ipse adducit in oppositum et mititur soluere omnino stat et concordat rationem doctoris illius. Et dato quod illa tria que in prima ratione ponit essent vera. tamen non deberet aliquis ex hoc rationabiliter arguere quod ideo hec secta diuīnū duraret. quia rationabile videtur postquam deus homo factus est et mortuus. et tanta bona generi tribuit humano quod etiam quamcumque infidelitatem non solum idolatriam tempore gratie am-

plius et feruentius persequatur quod ante incarnationem etiam in quisbuscung⁹ populis.  
sicut etiam granius iam peccant homines quod ante incarnationē quando nō erat tantū  
auxilium datū fragilitati humanae. Item quod maior ingratitudo est modo peccatum quod  
libet quod simile ante incarnationē. Item maior est elucidatio veritatis quod ante incarnationē  
nem. Unde etiam huiusmodi peccatum et presertim infidelitatis aggrauatur amplius quod  
ante incarnationē. Quia ex re videtur doctor ille valde incōsiderate fixisse apparentiā il-  
lam et differentiam.

**S**ecunda differentia fīm eū qua differunt sarraceni ab alijs sectis est quod alie secte ido-  
latrarum cogebant fideles ad adorandum idola. In qua vult iterum sarracenos me-  
liores ostendere et virtuosiores alijs. sed hoc nihil valet. Judei enim occiderūt christū  
etiamen secta eorum adhuc durat. ergo illa differentia nihil cogit. nihil etiam rationis  
habet. quod sic patet. Secta persequens propter fidem grauitate ecclesiā. christifideles  
captinando. incarcerando. occidendo. in feruītutez redigendo. supprimendo et quotidie  
cōculando. omnē conatum faciens ad delendum christianitatē et vniuersalem ecclesiā  
nōne huiusmodi secta cogit quod in ea est recedere a fide et a cultu veri dei. Nempe o-  
mnis sancti capitū homo capiū. quantum sit hoc cogere. quod sit ecclesie destructionū.  
quod fidelium detractiū a cultu et fide catholica. O quot propter hoc quod nolbāt ve-  
nerari mahometū sunt a sarracenis trucidati fideles. Quid rogo interest tot regna tot ter-  
ras tot ciuitates ab ecclesia violenter recepisse in cōtemptū nominis christi et christia-  
ne fidei. et alias sectas. certos fideles cogere voluisse ut idolis immolarent.  
**E**x his patet quod tercia differentia quam ponit illius secte respectu aliarū etiam nō valet.  
quod sc̄z alie secte denigrabant dignitatē christi sed illa honorat. quomodo nō denigrat  
dignitatem christi tot regna ab ecclesia recepisse christi sacramenta et omnia qd cultum  
divinum spectantiā prophanare et gloriam totius ecclesie velle absorbere. Sed dicit  
hic doctor. illa secta pmittit christianos in terris suis. hoc aliter nō facit sicut totū mun-  
dus sc̄it nisi ad habendum bona fidelium tam peregrinorū tam mercatorum quod religiosorū.  
et tamen dure eos premunt sicut doctor ille metatetur. nō ergo hoc propter honore  
et dignitatem christi faciunt quod secum habitare permittunt christianos. quia defacie in  
ipso fideles spūunt. et eos percutiunt. spoliant. vilissime tractant. Et certum est hoc  
christum sibi factū reputare dicente. Quod vni ex minimis meis fecistis mihi fecistis.  
**I**terū. qui vos spernit me spernit. Nihil ergo salua reverentia illius doctoris valet quod  
voluit ex his fundamentis rationes reddere diuinitatis huius secte sc̄z sarracenorum  
pre ceteris. Sed si quis de illa re speculari voluerit altius necesse est ut scripturas sanctas  
cōsideret. et presertim dictum Zacharie prophete capitulo. xiiij. vbi dicit sic. Et erunt in  
omni terra dicit dominus. partes due in ea. et dispergentur et deficiunt. et tercia pars re-  
linquetur in ea. et ducam terciam partem per ignem. et vram eos sicut vritur argentum.  
Quid vero sacramenti verbum hoc habeat. qui legit intelligit. Due enim partes que di-  
spergentur et deficiunt nō ab re possunt intelligi indeci et gentiles sive sarraceni. terciare  
ro pars populus christianus. que pars ducitur per ignem variarū persecutionū et tri-  
bulationū. nec tamen deficiet usq; in seculi cōsummationē. sed per hec purgatur et exer-  
cetur. Sicut enim olim tempore legis mosaice. dum vigeret. reliquit dominus gen-  
tes multas in circumitu populi sui sc̄z philisteos et alios ut in eis erudiret israelim et ut  
cōsuetudinem haberent preliandi. Sic fortassis idipm nō incōgrue dici potest in pa-  
posito ut sc̄z sarracenos dimittat dñs vel in flagellum vel exercitium populi christianī.  
Sed ego nihil temere diffiniens id doctioribus relinquo. Hoc vnum scio psalmista te-  
stante. quia iudicia dei abyssus multa. Quis autem nouit sensum dñi. aut quis cōsi-  
liarius eius fuit. Apostolus etiam clamat. O altitudo diuitiarū sapientie et scientie dei.  
quod incōprehensibilia sunt iudicia eius; et inuestigabiles rite eius. Et tantum de Sarra-  
cenis.



~~Sarraceni lingua et littera videntur Arabica hic inferius  
subumprella.~~

Dal	Dal	Keh	Heads	Gzym	Teho	Te	Be	Aleph
ד	ד	כ	ה	ג	ת	כ	ב	א
�	ধ	କ	ହ	ଗ୍ୟ	ତ	କୁ	ବ	ଅ
ধ	ধ	କ	ହାହୁ	ଶାନ୍ଦ	ଶକ୍ୟ	ଶ୍ୟାମୀ	ଶ୍ୟାମ	ରେ
ଖେଖେ	ଖୁନ୍	ମ୍ୟମ	ଲାମ	ଲାମ	କାପିଳ	କନ୍ଦିଲ୍	ଫୋର୍ମା	ଶ୍ୟାମ
ଶୁଦ୍ଧାଲୁଲା ମ.ପାଖ	ଯେ	ଲାମାଲେଖିପାଖ						
ଘନ୍ଧିକ	କୁ	ଖ	ଚ					



De iudeis quorum etiam pleriq[ue] hisce temporibus Hierosolymis manent.

**S**unt preterea Hierosolymis his temporibus habitantes iudei vtriusq[ue] se-  
rus: circiter quingenti. in sua perfidia et obstinatione pertinaciter perseueran-  
tes. velamen moui habentes fixe super facies suas. ne lumen inspiciant veri-  
tatis. neq[ue] couertantur et sanentur. utpote qui indignos se iudicantes vite eterne. verbū  
respuerunt salutis. viarūq[ue] domini noluerunt scientiam habere. atq[ue] ipm vite intereme-  
runt auctorem. impie ad pilatum conclamantes. Sanguis eius super nos et filios no-  
stros. Et quia noluerunt benedictionē elongabitur ab eis procul. Nam et deo et homi-  
nibus odibiles facti sunt. sed et sarraceni et barbari eos per ceteris nationib[us] persequū-  
tur. habentq[ue] exos. At cum ceterarū hic recidentur nationum errores. corū q[ue]c sum-  
mis et perstringans labijs hereses haud incōgruum reor. Iudei cōfessores interpretan-  
tur. Multos enim ex his sequit cōfessio: quos antea perfidia possidebat. Hebrei transi-  
tores dicuntur. Quo nomine admonentur: vt de peioribus ad meliora transeant. et pri-  
stinos errores relinquāt. Pharisai et Saducei inter se contrari sunt. Nam pharisai ex  
hebreo in latinum interpretantur diuisi. eo q[ue] traditionū et obseruationū suarum quas  
illi deuteroses vocant. iusticiā preferunt. unde et diuisi vocantur a populo quasi per iu-  
sticiam. Saducei interpretantur iusti. vendicantes sibi quod nō sunt. corporū resurre-  
ctionem negant. et animas cum corporibus interire predican. Hi quinq[ue] tñ libros le-  
gis recipiunt. pphatarum vaticinia respiciunt. Esse dicunt ipm esse christum qui docuit  
illos omnē abstinentiam. Vorbonei dicunt ipm esse christum qui docuit eos in omni  
re sabbatisare. Benistri duci sunt eo q[ue] de genere Abrae esse se gloriantur. Nam cum in  
Babyloniam renisset populus dci. pleriq[ue] relinquentes uxores suas. babylonicas mu-  
lieribus adheserunt. Undā autem Israeliticis tantum cōiugis cōtenti. vel ex eis geni-  
ti. dum reuersi essent de babylonia. diuiserūt se ab omni populo. et assumpserūt sibi hoc  
nomē iactantic. Peristri appellati sunt eo q[ue] saperet scripturas. nō credentes oībus p-  
phetis dicentes alij et alij spiritibus illos pphetassem. Heris enim grece: latine pars  
dicitur. Samarite dicti sunt q[ue] legem solam custodian. Nam prophetas nō recipiunt.

**D**i merobapiste nuncupantur eo q[uod] quotidie vestimenta sua et corpora lauent.  
**A**rrant preterea moderni iudei in multis. Nam et deum corporeū fingunt. et negant trinitatem personarū in diuinis. christum vero quē nondum venisse sed venturū assertunt. purum hominē futurū predicanterent. creduntq[ue] Iesum christum dominū dominū nostrum et salvatorem. ex semine Joseph et Marie natum. Purgatorium non ponunt. nec peccatum originale a quoquā contrahī dicunt. sed dūntaxat in signum distinctio-  
nis corum et aliorum: circumcisōnem datam fuisse fatentur. **S**uū quoq[ue] messiam libertatem eis affirmant collaturū ac redditurum terram pmissionis. Resurrectionem etiam corporum futurā ad delitias corporis vscq[ue] ad mille annos duraturam tradunt.  
**D**e vīsūris quas fenerando alienis accipiunt nullam sibi faciunt cōscientiam. **H**ortile-  
gys multi eorum intendunt. De peccatis cordis sive cogitationis nihil curant. legem suam fm litteram que occidit interpretant. nō fm sp̄ritum qui vivificat. Alijsq[ue] plurib[us] heresibus inuoluti sunt et erroribus vt patet Thalmuthicam legenti cōfessionem que reuera rectius cōfictio sive deliratio venit censenda q[uod] expositio.

**S**equitur de excrescentia iudaice vīsure.

**P**orro de vīsūris iudeorum quas exercet et impune exercere sinuntur apud christianos in nō modicum cōmunitatum et locorum damnū in quibus copioso nimis numerο morantur easdem grauissimo fenore pene exhauriendo. erit fortassis haud ab re in-  
ter cetera eorum maleficia quidpiam hic annotare. potissimum quanta sit excrescentia vī-  
suraria de rno floreno monete p̄sertim Franckfordensis. que pre ceteris nota extatma  
gis. ob multorum ad nundinas illic annuas cōcurrunt. **D**um talis florenus cum vīsūra  
desuper excrescente per viginti annos manet apud iudeum insolitus. Nam cōputan-  
do ad capitale predictū ebdomodariā vīsuram duos videlicet halenses prefate monete  
frankfordensis. que scz vīsūra cōsueto apud teuthones vocabulo dicitur zu gesuch. et  
deinde vīsuram vīsure vna cum capitali semper. et sic cōtinuando per viginti annos. ta-  
lis demum cōsurgit summa vt hic infra subdiuit.

**P**rimo vndecim solidi: quinq[ue] halenses.

**S**ecundo vīnus florenus quattuor solidi sex halenses.

**T**ercio duo floreni sex solidi.

**Q**uarto tres floreni decem et noue solidi. quinq[ue] et dimidiū halenses.

**Q**uinto sex floreni tres solidi. duo et dimidiū halenses.

**S**exto nouē floreni octo solidi. sex et dimidiū halenses.

**Q**zeptimo quattuor decim florini. xv. solidi octo halenses.

**O**ctauo vigintiduo floreni quattuor solidi octo halenses.

**N**ono triginta tres floreni nouē solidi dimidiū halensis.

**D**ecimo quadraginta nouē floreni vigintiduo solidi tres halenses.

**U**ndecimo septuaginta duo floreni decē solidi septem halenses.

**D**uodecimo centū viginti floreni decē et octo solidi sex halen.

**T**redecimo centū sexaginta quattuor floreni. xviii. solidi tres halen.

**Q**uartodecimo ducenti quadraginta quattuor floreni septem solidi octo halenses.

**Q**uintodecimo trecenti sexaginta duo floreni decē solidi septē halenses.

**S**extodecimo quingenti triginta septem floreni decem solidi quinq[ue] et dimidiū halenses.

**D**ecimoseptimo septingēti nonaginta sex floreni. xvi. solidi septē halen.

**D**ecimo octauo mille centum. lxx. floreni. xviii. solidi quattuor et dimi-  
diū halenses.

**D**ecimonono mille septingēti quadraginta nouē floreni decem et octo

solidi tres et dimidiū halenses.

**V**icesimo duo milia quingenti nonaginta duo floreni decem et septem

solidi quattuor halenses.

In anno

**I**tem unus florenus in viginti uno annis hanc importat usuram, vix tria milia octingentos quadraginta unum florenos, tredecim solidos, tres et dimidiū halenses.

**I**tem unus florenus in viginti duobus annis talē facit summā quinq̄ milia sexcentos nonaginta unū florenos, sedecim solidos, tres et dimidiū halenses.

**I**tem viginti floreni in viginti annis, tantam important usuram videlicet qui quaginta unum milia octingentos quinquaginta quattuor florenos, tredecim solidos, septem halenses monete frankfordensis. **E**nd quādo octo halenses pro uno albo, et viginti quattuor albi pro uno floreno cōputantur talis cōsurgit summa videlicet quinquaginta octo milia, trecenti triginta sex floreni nouem albi, tres et dimidiū halenses.

**I**tem viginti floreni in viginti duobus annis faciunt usuram, centum milia et tredecim milia, octingentos triginta tres florenos, quindecim solidos, septem halenses monete frankfordensis. In albis vero ut supra centū triginta octo milia, octoginta quinq̄ florenos, octo albos, septem halenses.

**V**luntur autem iudei in locis illis existentes, lingua arabica ad alios, inter se autem hebraica cuius hic habetur alphabetum bene correctum.

Jōda	Cheth	beth	Sām	Nān	het	Delch	Gymal	Beth	Aleph
ח	ת	ר	ו	ח	ה	ג	ב	א	ב
pe	gh	Sameah	lum	num	Mem	Mem	Lamed	Kaff	Kaff
ב	מ	ב	ז	כ	ע	ל	ר	ל	מ
		taff.	Schyn	Beſ	ſeuff	zodice	zodice	ffe	
									ת
		ת	ש	ת	ז	ק	ת	א	צ
									ת



**D**e Grecis quorum etiam plures sunt in  
Hierusalem.

**P**ro sanctam ciuitatem Hierusalem incolunt hac tempestate plurimi diversarum nationum homines qui se christiane religionis professores; ore quidam pronunciant factis autem negant. ut propter heresibus et varijs erroribus implorant. et horum dum illic essent. Anno scilicet millesimo quadringentesimo octagesimo tercio circiter mille erant ibidem in virtutibus sexu etiam parvulis exceptis. id est vienes et lingua ipsis sarracenorum. inter quos comitum habitant. eorum etiam mores in multis fide sua excepta imitantur. presertim quo ad exteriorem conuersationem et ciuitatem. Numismatum quoniam iuxta Senecae puerium. ex coniuncto mores formantur: quorum et tributarum facti sunt. ambulantes iuxta ritus suos. et velut oves absque pastore: sic ipsi absque iugoz extra obedientiam ecclesie sancte rhomane positi errant. Sunt autem eorum nouem differentes. Nam quida sunt greci. de quibus mox dicetur. Alij autem dicunt Huriani. alij Jacobite sive Jacobini. alij Maronite. alij Nestoriani. alij Armeni. alij Georgiani. alij Abbasini sive Indiani. Ultimi sunt etiam ibi latini quida sed per pauci. qui et soli ex omnibus veri sunt christiani. conuersationem habentes bonam et honestam inter gentes. ac in medio nationis pravae et peruersae lucentes velut luminaria in mundo. ecclesie sancte rhomane per omnia et in omnibus obedientes. ut in fine patet. Hie vero omnes membra rate iam nationes abundantur rhaquebus in veteri suo ritu et more. rhaucties absque regula ecclesia stice discipline. De autem dicte nationes capta ciuitate sancta Hierusalē per salahdinum Soldanum egipci. Anno gratie millesimo centesimo octagesimo septimo. die secunda Octobris. sub tributo sarracenorum in orbe remanserunt. Patriarcha vero Hierosolymitanus nomine Fraclius. atque omnis clerici et populus latinorum inde recesserunt. Nam cum ipse Salahdinus veniens Hierusalē urbem a parte occidentali vallasset et continuis agressionibus et assulibus obfessos die nocturno impugnaret. iamque muros machinis debilitatis et. verentes ciues christiani. cum ex nullo loco auxilium prestolarentur. ne hostes violenta irruptione urbem occuparent. placuit instanti et ineuitabili periculo cedere et sub certis conditionibus se reddere salahdino. ut scilicet redemptionis accepto precio libere eos qui exire vellet abire permitteret. et tunc he nationes ut dictu est manserunt. De earum ergo vita et ceremoniis pluscula annotare duxi haud ineptum pro nostrorum qui talibus non sunt impliciti erroribus consolatione. ad illorum vero superborum et obstinatiorum hominum verecundiam et confusione. quibus tamen catenus nihilominus copiamur ob eorum contumaciam et perfidiam. quatenus nobis ipsi ob rectam fidem et obedientiam gratulemur. quam ruinā atque ruinā rebus et factis integras cōprobemus semper et vivam. At in primis de grecis paululum dissenseramus. Greci in primitiva ecclesia famosi et celebres fuerunt in fide. preclaras plerasque ciuitates et insignes ecclesiastas Antiochenam pertinente Alexandrinam atque Constantopolitanam cum latissimis terminis per tempora multa sub ecclesiastica obedientia possidentes. Ipsi enim quondam mundi monarchia ut neminem latet. regnante Alexandro magno. Dehinc imperiale vestigium in oriente plurimus annis. sed et summi presulatus dignitate. beatissimo Petro apostolorum principe apud Antiochiam septennio presidente habuere. Dure tamen ceruicis semper fuerunt homines arrogantes. et usque hodie sancte rhomane ecclesie iugiter rebelles. cuius autem sacerdotum conciliorum determinationibus atque decreatis minime obtemperantes. Nam et ipsum summum pontificem christi vicarium. omnesque nos latinos tenent excommunicatos. Unde nec latinorum censuras que in eos fulminant et fulminate sunt aliquatenus curant. Clerici eorum in sacris constituti ordinibus contrahunt. non modo (ut ei licet) cum una. sed et quartas sepe nuptias celebrant. Subdiaconatus ordinem nequaquam pro sacro habent. Sed neque ordines minores quicquam appreliantr. Barbas studiose nutrunt et unbarbes sacerdotio reputant indignos. Sabbatum mulcū colunt more pene indecorum.

nunq̄ in eo ieiunantes (sabbato sancto pasce solo excepto) sed et carnes in eo comedunt  
 splendide s̄ epulantes. **Sacramentū** preterea confirmationis parvulis suis mox post  
 baptismū cōferunt per simplices sacerdotes cōtra ecclesie vetitū. Nam et sacramentum  
 eucharisticie eisdem tribuunt sub vtracq̄ speciemō solum adultis. Amplius in fermento  
 cōficiunt contra ecclesie p̄hibitionem et christi institutionē. Nam dominus ip̄e noster  
 in ultima cena. id est prima die azimoru (quod tres et euangelistis exprimit) quando  
 nihil fermentatū debebat esse in domibus iudeorū ut habetur Exodi. xii. ex azimo pa-  
 ne eucharisticie cōfecit sacramentū et instituit. Necq; attendere volunt aut intelligere. qd  
 iuxta apostolicam doctrinā expurgato fermento veteri malicie et nequicie in azimis fin-  
 ceritatis et veritatis epulari debemus. **A**quam etiam in missa vino nō miscent. vt mani-  
 feste de eis magister in quarto sententiariū dist. xi. dicit. **D**ebet enim propter institutionē  
 aqua vino apponi. quia etiam dominus noster p̄habiliter creditur apposuisse iuxta mo-  
 rem illius patrie quia nunq̄ ibi vinum propter eius sortitudinē bibitur purum aut sine  
 aqua. **E**t q̄uis de aqua nō fiat mentio in euangelio. quia nō est principalis materia in  
 hoc sacramento. eius tamen apposito cōpetit huic sacramento. et cōstum ad representa-  
 tionem passionis christi. et quantum ad significationē rei huius sacramenti que est cor-  
 pus christi mysticum per aquā signatū. **A**que etenim multe populi multi dicit scriptu-  
 ra. **U**nde apposito aque ad vinum significat vniōne in membrorū ad caput rōne ipsius  
 cōunctionis. **E**t tamozem capiū patientis p̄ membris ad ip̄a. ex hoc q̄ ex duobus cō-  
 iunctis vnum efficitur. **E**t pcessum redēptionis a capite ad membra ex ip̄a transfor-  
 matione aque in vinum. **V**erum cōficiunt quidem greci et in fermento et sine aqua. gra-  
 uiter tamen peccant ecclesie morem nō seruantes ex ptemptu. **N**am et nostris sacramē-  
 tis nec assurgunt nec reverentiā faciunt vllam. **Q** si aliquē ex nostris latinis p̄sbyteris  
 in suo altari nostro celebrare ritu cōtingat. mox illud aqua abluunt tanq̄ immundū ef-  
 fectum quo suo facto manifeste ostendunt q̄ nos in azimo pane confidere minime cre-  
 dunt. tamētē verbis nō explicent. Postremo in eo iugiter perseverant errore suo q̄ spiri-  
 tus sanctus a patre pcedat nō filio. quam ob perfidiā tolerandā trecenti. decem et octo  
 patres in Nicena synodo sancta cōgregati fuerūt. et ordinato symbolo (quod Athana-  
 si dicitur) ita cōcluserunt quo ad illum articulum. **S**piritus sanctus a patre et filio nō  
 factus nec creatus nec genitus sed pcedens. **A**nathematizantes nihilominus eos qui  
 eidem symbolo addere aliquid vel subtrahere presumerent aut aliquo modo cōtraveni-  
 re. **S**ed obstinatū est pro sua arrogantiā insipiens cor eorum. et dicentes se esse sapien-  
 tes ip̄i greci. stulti faciunt sunt. sed et perfidi heu nimis.

**H**oc in magno numero sunt Hierosolymis: et miro modo infesti nobis latinis. Ipsi  
 chorum habent maiore in templo dominici sepulchri pro suo vsl. atq; capellam san-  
 ctorum angelorū ppe templū foris. In diuinis officijs vtuntur lingua sua greca tantū.  
 quare et laici eoꝝ omnia intelligūt. quibus cantando vel legēdo clerici vtuntur. In a-  
 līs vero negotijs vel cōtractibus cū alijs lingua vtuntur arabica aut sarracenica.

**Littera greca que est p̄pria eorū hic infra subnotatur.**

Alpha	Beta	gamma	delta	· e ·	Zeta	Iota	Thita	Iota	cappa	labda	mi
α	β	γ	δ	ε	ζ	ι	θ	ι	κ	λ	μ
νι	ξι	οινι οινον	πι	ζο	σιγμα	ταιν	ψει	φι	δι	ψι	ομέγα
η	ξ	ο	π	ε	σ	τ	υ	φ	χ	ψ	ω



**De Surianis qui Hierosolymis et locis illis manentes  
etiam se ascrunt esse christianos.**

**O**uterum sunt etiam Hierosolymis quidam alii Suriani appellati a ciuitate Sur quondam preminentibus ut aliqui dicunt. Vel Syriani a provincia Syrie. a qua et syri nominantur. Hi in terra orientali sub diversis regibus et principibus sarracenis atque barbaris iugo seruitutis opprimuntur abolim. semper tributarum et servi. homines imbellis et prorsus inepti ad pugna. vtpote timidi et formidolosi. vnde nec arcubus pertinet aut sagittis ut ceteri. sed ad agriculturam et alios inferiores labores sunt aptiores. Sunt etiam ex magna parte heretici. homines dolosi. duplices animo atque mendaces. amici fortune. et ad munera accipienda promptissimi. Furium et rapinam quasi pro nihilo habent. Secreta christiandrum rbi possunt ad infides proditorie deferunt et sarracenos. inter quos nutriti et committi didicunt opera eorum mala. Vtores suas more sarracenorum diligenter inclusas custodiunt. et tam ipsas quae filias suas in publicum non sinunt exire. nisi lintheam inibus inuolutas. relataque panano nigro super facies suas: ne ab alijs videantur. Eorum filie adeo custodiunt accusate. ut non nisi despontate a maritis. prima nocte copule transacta possint videri. quemadmodum et sarraceni circa filias suas itidem seruant. Exemplo patriarche Jacob quem ad Rachelem se existimans ingressum expletis nuptiis. mane repperit Iacob. Hi Suriani. grecorum institutiones ritus et mores. in omnibus et per omnia unitantur: nullo articulo eorum exclusi. Habent etiam communiter unum de suis in templo dominici sepulchri inclusum. atque pro suo usu ecclesiam quandam possident in eo loco fabricata rbi quondam erat domus matris sancti Job annis evangeliste. ante cuius ostium stetit Petrus pulsans cum eductus esset de carcere Herodis. ut habeatur Actuum. ch. I. Ipsi in temporibus negotiis lingua vrantur Arabica sive Sarracenica. In spiritualibus vero sive diuinis officiis. lingua greca. Quidam vero ex ipsis etiam Chaldaicam sciuntur quam. et ea dum libet vrantur. Quis littera vera est hic infra subinserta.

beth	zoph	waff	he	dolath	gomal	Beth	aleph
c	J	o	o)	g	V	U	U
ldee	Zemont	Nun	Nym.	Iameth	Sapls	Jodz	theeth
w	B	L	X	W	50	6	8
or.	o i e	a	thaaf	syn	res.	kopla	zjade
oj	P k L D H G	6	9	6	J	U	

*De Jacobitis et eorum erroribus*

**S**unt preterea et alij quidā Hierosolymis et locis illis homines. In multis a grecis et latinis differentes. et vocantur Jacobite sive Jacobini a quodā magistro suo Jacobo cuiusdam Alexandrini patriarche quondā discipulo: sic appellati. atq ab eodē varijs infecti erroribz et seducti. H̄i a multis iam retrohabitatis annis a Dioscoro quondā Constantinopolitano patriarcha fuerūt excommunicati ab ecclesia grecorum (que tunc t̄pis adhuc fidelis erat et obediens rhomane ecclesie) sequestrati. H̄i maiorē partē asie inhabitant quidā permiscue inter sarracenos. alij alias quasdā regiones scōrum ab infidelium cōsortio occupantes. vīcī Aūbiā que cōfinis est egipto. et magnā ethiopie partē. omnesq regiones vsc̄ ad superiorē indiā possidentes. vt asserūt plus q̄. xl. regna. H̄innes autē dicūt se esse christianos a beato Mattheo apostolo ad christi fidē primitus cōuersos. Sed postea inimico superseminalē zizania sua in medio tritici. multipharie multisq modis in hereses sunt prolapsi. Nam in primis parvulos suos instar sarracenorū circumcidūt. Pleriq̄ etiam eosdem ante circumcisio nem ferre calamo adurunt. signantes eos in frontibus et cauteriū imprimentes in modum crucis. alij in ambabus genis. alij in tymporibus. putantes eos per huiusmodi adiunctionē materialem a peccato originali expiari. occasione sumpta ex eo verbo quod Johannes baptista de christo dicebat. Ip̄e vos baptisabit in spiritu sancto et igne. Nō verbū ip̄i dūm̄tata ad litterā exponūt et obseruant. quod tamē longe aliter intelligi debet. vt in postillis et glosis sanctorū doctor̄ patet. Ipsi etiam Jacobite cōmuniter portant crucē in brachijs calamo ferro impressas. ob reuerentia vt dicunt sancte crucis quam multū venerant. et etiā ad distinctionē quandā habendam inter eos et paganos in locis presertim illis vbi cum eis simul habitant et morantur. Ipsi etiam nunq̄ sua cōfidentur peccata alicui homini. sed soli deo in abscondito. hoc videlicet ritu. Ponūt enim thus in igne iuxta se et orant. putantes cum fumo illo pariter peccata sua illa ascendere corā deo et deleri rē. Ipsi etiam tñ vnam in christo naturā credunt et tenent. sicut et personam vnam. cum tamen huiusmodi error in cōcilio Alcedoneñ. damnatus fuerit. et omnes illum insequentes excommunicationis vinculo perpetuo innodati. Huius autē erroris primus inuentor fuit Autices. abbas quondam cōstantinopolitanus pessimus heresiarcha (qui etiam vnam tñ in christo dogmatisavit operationē sc̄ diuinā sicut et naturā) quod liquido falsum esse cōuincitur. ex eo quod Darcī. viii. habetur. quando dñs misertus super turbā: cum triduo sustinentē. pauit ex septē panibz et paucis pisculis quattuor milia hominū. Quis autē nō videat inquit Veda in Omelia eadē. hoc q̄ sup turbā miseretur dñs ne vel inedia vel vic longioris labore deficiat. affectum esse

et cōpassione humanae fragilitatis. **D**e vero de septē panibus et pisciculis paucis quat  
tuor milia hominū saturauit. diuine opus esse virtutis. ita et in pluribus alijs locis scri-  
pture facile est videre. **Q**uidam etiā iacobitarū tenent. nō minus errantes q̄ ex diabolo  
naturis in christo vna sit cōflata et facta natura. qui error etiā est olim damnatus in sa-  
cris cōcilij. **S**ed et magister sententiarū in tertio libro. et doctores alij desuper scribē-  
tes. cum errorē acerrime et acutissime reuincent. **S**ed cepta ego psecuturus. hec doctio-  
ribus relinquo. **I**sti etiam heretici iacobite vno solummodo se digito signant in modū  
crucis. quos greci et suriani. pdentes asserunt ideo. facere. quia tñ vnam in christo cōfi-  
tentur naturam. **I**pse etiā parvulos suos adhuc ad vbera pendētes sub vtraq; specie cō-  
municant. in hoc grecis et surianis cōformes. **I**pse diuersis vtuntur ideomatisbus fīm  
diuersas prouincias in quibus habitant. **D**abent tamen quoddam p̄prium ideoma. cu-  
ius vera littera est hic infra subnotata.

Alph	Veda	gama	delda	e	z̄so	Sȳma	heā	thaā	joda	ciba	Lauda	Men-
Σ	Β	Δ	Ξ	Ε	EV	Ζ	H	Ε	Θ	Χ	Λ	Ρ
Myn.	Axi	off	Bý	Rú	Syma	thaaff	he	ffy	chý	ebi	o	shey
SV	Ζ	Ο	Π	Ρ	Γ	Τ	Υ	Φ	Χ	Ψ	Ω	Ϝ
vey	hānd	hor	gensa	Syma	dy							
cs	b	z	x	o	+							

### De Nestorianis et eorum erroribus.

**N**arrant nibilominus in sancta ciuitate Hierusalem quidam alij homines  
Nestoriani nuncupati a Nestorio quodam pessimo heresiarcha qui per sua  
pestifera dogmata. magnam orientis partem infecit. maxime autē eos qui in  
prophanā mabuneti legem hi Nestoriani nō suscipiant. immo habeant horrorem. p̄he-  
reuticos tamen corrupti miserabiliter errant. Nam predictus perditionis filius Nesto-  
rius quondam constantinopolitanus episcopus et omnes nestoriani eius sequaces. vir-  
ginem gloriosam Mariam negant esse matrē dei siue theothoco grece id est dei geni-  
tricem. sed christi hominis eam esse matrē cōcedunt. siue christothoco grece. id est chri-  
sti genitricem. Nam et aliam asserunt esse in christo personā diuinā. aliam humanam.  
distinguentes fīm duas in christo naturas. etiā duas personas. et per cōsequens nō vnu  
christum ex verbo et carne subsistēt. sed separatum. alterum filium dei. alterū filium ho-  
minis affirmant. **H**ec autē detestanda heresis in Ephesina synodo. in qua erant trecen-  
ti sancti patres reprobata est et cōdemnata. et oēs eā sectantes anathematis sentētie sub-  
iecti. Preterea hi nestoriani in fermentato pane p̄ficiunt instar grecorū. atq; sub vtraq;  
specie cōmunicant eucharistie sacramentū parvulis et adultis. et alia multa abusiva. ac  
sancte rhomane ecclesie cōtraria et erronea obseruant. de quibus singillatim dicere lon-  
gum esset nimis. **L**aldaica vtuntur littera et lingua in officijs diuinis et scripturis. lin-  
gua vero sarracenica in Hierusalem et terra sancta. In alijs autem mundi partibus ea  
rum loquuntur linguis terrarū in quibus morantur.

**D**e Armenis et eorum erroribus.

Armeni sunt qui in armenia provincia prope Antiochiam inter medios fines christianorum et sarracenorum seorsum habitant. **H**i ritus quosdā habent et observationes singulares a nobis multum differentes. **N**am p̄ priūm habent primatē quem catholicōn appellant cui obediunt summo cum honore et reverentia. iussibus eius a maximo usq; ad minimū velut alteri pape obtemperantes. **I**mplacabiles sunt inter eos et grecos discordie. ac dissensiones inexorabiles. adeo q; super ritib; suis et institutiis atq; ceremoniis semper corriuantur. **I**pi Armeni temporalem domini nostri nativitatem nō celebrant immo diebus natalis domini ipsi ieiunant. **I**n die vero epiphanie sive apparitionis domini. simul cum solennitate apparitionis festum celebrant de baptismo christi. in quo se festiz spiritualis eius nativitatis asserunt celebrare. **S**ed errant quia dominus ip̄e Jesus nō fuit in se spiritualiter renatus. quippe qui nō indiguit cum peccatum nec cōmiserit nec cōtraret. nec dolus inuenitus fuerit in ore eius. sed vim regeneratiā tunc contulit aquis in quibus nos purgaremur v̄c. **I**pi quoq; armeni eo tempore quo et nos quadraginta tanto obseruat studio q; nō solum a carnibus caseis ovis et lacte abstinent. sed et pisces nō manducant. oleo nō vtuntur in cibariis. vinum nō bibunt. verum fructus et ligumina quotiens libuerit edunt. **A**lt autem manifestius emulis suis grecis et surianis cōtrarentur in certis sextis feriis comedunt carnes. **S**acerdotes preterea eorum in missis aquam vino non apponunt sicut greci in quo grauiter errant. quia vt etiam supra dictū est. Ideo aqua est vino miscenda vt tam christo q; sanguini nostrae redēptionis populus per aquam designatus sociandus esse designetur. **N**am si vinum tantum quis offerat. sanguis christi incipit esse sine nobis. **S**i vero aqua sola sit. plēbs incipit esse sine christo. nec predicta dicta cōiunctio signatur. igitur nō debet in calice domini offerre aut aqua sola aut vinū solū. q; vtrūq; legimus de latere christi in passione. p̄fluxisse. **T**erterum ip̄i armeni in misse officio multum nobiscū cōcordant. hoc priori dempto. calices et patenas in nostris formis habentes. et facta cōsecratione hostiā sup patenā positam eleuant. deinde calicē more nostro. **H**i deniq; armeni quanq; olim summo pontifici et sancte rhomane ecclesie obedientiā fecerint. quādo scz rex eorum a rhomano imperatore Henrico feudū. et ab archiepiscopo p tempore maguntino. coronā regiam et cōsecrationē accepit. **V**e teres m̄ ritus suos et solitas cōsuetudines mutare noluerūt. q; obrem sicut tunc eorum obedientia erat imperfecta. ita nunc ad nihilum penitus est redacta. **P**ostremo isti Armeni in copioso satis sunt numero. **H**ierosolymis habentes cōmunitē episcopū vnum. qui vt moris est eis vſitati. duos in capite cirros nutrit ad tempora usq; pendent. **I**dcm q; episcopus et omnis clerus suis. coronas portant latas et rotundas. alias nec crines nec barbas villo modo radiū sint. **I**nter reliquias pfecto nationes armenorū presbyteri in oībus se morib; et motibus. maturius gerunt. vili et simplici habitu incedentes. in orōnibus et officiis suis deuoti. latinorū sacramentis debitā exhibentes reverentiā et deuotionē. **H**i p suo v̄su ecclesiā habent solennē sancti Jacobi maioris in eo loco cōstructam. vbi ip̄e ab herode fuit decollatus. **H**abent q; ecclesiā sancti salvatoris. vbi tempore sue passionis domus erat. **C**ayphe: in qua xp̄s fuit relatus. cōsputus. colaphis alapisq; celsus. a beato Petro negatus. et multis alijs iniurijs atq; obprobrijs lascissitus. **I**n eadē ecclesia est lapis ille magnus qui ad ostiū dñici sepulchri aduoluit ab angelo fuit renolutus qui sup eum apparuit sedēs. **I**bi etiā ostenditur locus vbi gallos stans post Petri negationē cantauit. **A**rmenorū laici oīs tonsi sunt capitib; in modum crucis. **E**t id ea rōnerit fertur. **C**um siquidē anno dñi septingentesimo. cliiij. **T**yri armeniā infestarēt bello. et seuā insp; pestle admodū p̄merentur. suasū quorundā xp̄ianorum capita sua in crucis modū totundere. statimq; eis salus diuinitus data est vt dicunt. qua ppter ad ppetuā eius rei memoriam illā tondendi modū obseruat. **H**abent q; armeni p̄ priū ideo ma et p̄ prias litteras quib; tā laici q; clerici in zmunī sermonē et in diuinis etiā officiis vtuntur. **E**s tāt hec eoz littera q; hic infra annotat.

**D**e Georgianis et eorum moribus et ritibus.

**E**n orientis regione alius quidam populus inhabitat. longo terrarum tracu-  
 a terra. prmissionis distans. cuius dominii extenditur usque ad caspios mon-  
 tes. bellicosus valde et in preliis strenuus. fortis robore et innumeris pugna-  
 torum multitudine copias abundans sarracenis. persis. medis. assyrisque. in quorum  
 cōfinio cōmoratur formidabilis valde. Et licet iste populus vndeque infidelibus sit cir-  
 cumseptus atque cōclusus. ab omnibus tamē timetur nec facile ruptur. Di homines a  
 sancto Georgio: georgiani vocantur. quem in suis preliis cōtra paganos precipuum ha-  
 bentes aduocatum et patronum. tanque signiferum omni cum honore venerantur et colunt.  
 De ipsis multi morantur Hierosolymis. diuersa loca sancta occupantes. specialiter tamen  
 monte caluarie et forame illud in quo crux stetit quādo christus in ea expirauit. Iuxta  
 quem locum altare quoddā habent et in eo cōmuniter unum de suis pro custodia inclu-  
 sum. Ipsi etiam in rūsu habent ecclesiā sanctorū angelorum ubi quondā domus Annae  
 pontificis fuit. in quā christus de monte oliveti primū adductus. ab eodem anno exas-  
 minatus fuit de doctrina sua et discipulis. et inter respondendū a ministro alapa cesus.  
 Di Georgiani in omnibus et per omnia ritus et errores grecorum sequuntur in sacra-  
 mentis et alijs. vnde scismatici haud dubiū esse cōvincunt sicut et illi. Clerici corū ro-  
 tundas habēt coronas: laici vero quadratas. Quotiensque renunt de terris suis Hiero-  
 solymā. loca visitaturi sancta. absq; tributo et erectis vexillis: sanctā ingrediuntur ciui-  
 tatem. Nam sarraceni nullo eos pacto molestare presumunt. timentes ne ad propria reuer-  
 si suis cōfratribus sarracenis vicem rependant. vel maioribus eos afficiant malis. No-  
 biles eorum mulieres: more amazonum armis in preliis vtuntur. Ipsi viri barbas nutri-  
 unt et pilos. vtunturq; pileis in capitib; variorum colorū. Greca quoq; littera et lin-  
 gua in diuinis vtuntur officijs et scripturis. sed alias sarracenica vel caldaica. Et be-  
 mnes superius habent signatae.



**D**e Abbasinis sive Indianis et eorū ceremoniis.  
 Hierosolymis q; hisce tib; habitat viri nō pauci. qui Abbasini. alio vero  
 nomine indiani ab india priuicia vocantur. de dñio et sub dictione potentissimi re-  
 gis. quem presbyterū Johannem appellant. qui quidem maximus atque cere-  
 nissimus rex cum omni populo suo se christianū profutetur. Di per beatum Thomam  
 apostolū ad christi fidem ab initio leguntur cōuersi. Ipe q; modernus rex. currēte dñe  
 incarnationis Anno D. cccc. lxxxii. per ambasiam suam thomano pontifici. Hic  
 quarto obedientiā fecit: et nostris moribus atque statuis humiliiter petiūt informari.

Isti abbasini siue indiani omnes sunt nigri instar ethiopum et multi zelosi. ferventesq; ad visitandum loca sancta. Deuote et prolixe orant officia diuina more suo perficiunt reverenter. Amant paupertatem. in multa inopia et rerum penuria vitam agentes. etiam si multum abundant lineis et coloratis videntur indumentis. circumligates capita sua tam viri q; mulieres lineis peplis blauij coloris. Undisq; pedibus discalciati incedunt. Et quas q; ista faciant et obseruent in prochdolor a certis prauis errorib; non sunt alieni negimus. Nam circumcisione carnale seruant more sarracenoꝝ et iacobitaruꝝ paruulos suos circumcidentes. non attendentes miseri qd apostolus minatur. Si circumcidimini iniquens: christus vobis nihil proderit. Adurunt q; infantes suos in frontib; ferro calamo: in modum crucis. Alij in genis. alij super nasum. pleriq; in omnibus his locis. credentes eos per huiusmodi adiunctionem ab originali peccato mundari. Tunc ego miseris cōpatiens qui alias satis boni hoies vident: p interpretē inquirere. cur hec faceret que omnino rhomane ecclesie essent aduersa. cui senuper missa obedientia sua subicissent. Responderunt (ut verum faterem) se circumcisione accipere non quasi sacramentum necessitatibus: sed ob reuerentiam christi qui et ipse fuit circumcisus. Adiunctione vero obseruare pro eo q; scriptū esset et dictū per Iohannem baptistā de christo. Ipse vos baptisabū in spiritu sancto et igne. Sed informati a nobis: dicebāt de cetero se velle his prece missis baptismū in aqua suscipere fm ecclesie rhomane more. Sed non solum in isto sed et in alijs multis aberrant. Nam in fermento cōficiunt instar grecorū. sub utraq; specie sacramentū cōferunt paruulis et adultis. et illos per simplices sacerdotes faciunt cōfirmari adhuc infantes. In officio missarum quoddā habent singulares. Huius dioce ad missam cōueniunt laici eorū. p̄slerū in solennitatibus. et tunc oēs utriusq; seclusus incipiunt altis vocibus cōcrepantes iubilare. saltare pedibus. plaudere manibus. cōglobantes se in circulis. ibi sex vel septem. ibi nouē vel decim. et interdum per totas noctes sic cantant. potissimum in nocte dominice resurrectionis. qua non cessant canere donec illicescat. et nonnulli hec adeo feruenter faciunt et deuote q; interdum debiles ex hoc redduntur. Isti enī abbasini siue indiani: licet lingua sciant sarracenica et ea dum libet videntur habent tamē quoddā nibilominus p̄r rūm ideoma et alphabetum. tlvij. litteras cōtinens. que hic infra suis figuris sunt formate.

α	Le	p̄bh	Beth	Theth	Ga	me	Lie	Dah	Le	z̄bhū	Ide	vnn
Η	Δ	Γ:	Ω	Τ	Ι	Θ	Λ	Ω	Λ	Ω	Υ	Φ
nouf	za	In	he	the	thu	jo	du	ka	p̄bh	la	me	
Ω	H	Ω	sh	Τ	Ι	θ	Γ	Ω	Γ	Η	Λ	Φ
du	do	uun	Sach	Mum	The	thu	Me	Mum	E	ffe	Sah	de
ς:	g	'z	h̄	ρ	h̄	τ	ε	ο	8	Δ	η	ρ
co	ffu	ke	su	Sah	Nun	tha	vwo					
φ	Φ	λ	η	η	η	τ	ω					

De Baronis et eorum reditu abolim ad ecclesiā rhomanā.

**H**abita etiam gens quedam syrorum sub monte libani in prouincia phenicis non longe ab urbe bibliensi. numerosa satis multitudine. ad filia admodum edocta aptaq. arcubus et sagittis rvens expedite. **H**il maronite vocantur a quodam magistro suo heretico nomine **D**aron. qui vnam duxat in Christo voluntatem asserebat. et per consequens operationem securus in hoc quendam antiochenum episcopum nomine macharium. huius heresis primum auctorem. qui in secta synodo constantinopolitana. cum suis complicibus damnatus fuit. **H**anc imitati heresim maronite. per quingentos sive annos tanquam heretici a consilio fideliuum fuerunt exclusi. **H**ec tandem diuina inspiratione redeutes ad cor se errasse perfitentes. heresi abiurata. in manus Emerici cuiusdam antiocheni patriarche. romane ecclesie obedientia facta sunt adnumerati. et ad unitatem catholice fidei reuersi. **U**nde cum omnes alii orientales episcopi et plati maiores aliarum nationum. anulis et mitris pontificalibus non vntur nec baculos gestent pastorales. nec usum habeant capanarum. maronite his omnibus vntur ut nos. in diuinis officiis et sacramentis ministrandis nobis formes. **U**nde et eorum patriarcha generali interfuit concilio rome sub Innocentio tertio celebrato. **H**il maronite non morantur Jerosolimis continue. sed sepius illuc ex deuotione veniunt peregrinatum ad quasdam solennitates. nec proprium habent idiomam. sed vel caldaica vel sarracenica lingua vntur.

Sequitur disputatio quedam necessaria ad predicta.

**A**cterum ne occasione istarum quas narravimus sectarum aut legum. aut alio quolibet motu quispiam in eum labatur errorem. ut credat uniuersus in sua fide lege vel secta posse saluari. dummodo credat eam esse bonam et deo placere quod facit. et dum propter deum facit quicquid facit necessarium. opereque precium duxi. contra errorem illum tam perniciosum. tanquam pestilentem. quod doctores ante nos tradiderunt. disputando annectere. quatenus mortifero toxico ne a quoque incuite insumatur salubre remedium quo ad in nobis est debita prouidetia apponamus. **C**onsistat numerum et indubitate apud omnes christianos extat. quia una est fides. unus dominus. unus baptisma. apostolo teste. **D**icitur autem fides veravna duxat quod videlicet de quo principaliter est fides unus sit. deus videlicet. apud quem non est transmutatione. nec vicissitudinis obumbratio. **A**utem etiam ratio formalis omnium credendorum una sit et aedem veritas scilicet prima. cui fides principaliter innititur. **I**magis fides lumen sit desuper infusionem. et non sit a probabilitate rerum que creditur. **U**nde nec secundum diversitatem rerum creditur multiplicarie multisque modis ostendi possit. tum videlicet miraculorum plurimorum confirmatione. tum testium omnium maiorum multitudine exceptione. tum quod revelationes et prophetias certissimas habet. tum etiam quod non nisi de deo dignissima sentit. tum quod nihilominus etiam de homine probabiliora et creditur tenet quodve magis creaturam deceat rationalem. tum postremo per successum. quem populus iste habuit. qui hanc fidem suscepit. dum secundum eam vixit. et deiectione eiusdem dum fidem hanc deseruit. et secundum eam non vixit. **S**ed his omnibus presuppositis unitate scilicet et veritate fidei nostre christiane. atque ob id in presentiarum pretermisssis facile esset pessimo huic obuiare errori. **N**ulla namque fide deo creditur propter hanc. tnulla est alia digna hoc nomine propter ipsum. nullaque alia honoratur deus nisi hac. nec nulla est virtus propter ipsum. Nam et ipsa sola fundamentum est et caput omnis religionis in vita ista sicut et eius operatio prima est in dei opere et subsequitur eius primum in dei honorificetia et cultu. quemadmodum et intellectus primus est inter animae vires nobiliores. cuius est perfectio ipsa vera fides. **E**x quo sequatur necesse est. quod omnibus aliis credulitatibus et deo non servit ut mox contumeliose sunt ei. **U**nde et constat nullam aliam credulitatem fidei nomine fore dignam. **U**nus autem potissimum rex quo fundamento dictus error processerit videamus ut sic ipso eliso fundamento. omnis desuper extracta edificatio penitus ruat. **D**icti igitur erroris una et principia hec esse causa videtur. quod multos exagitat atque fundit. numerosa sive multitudo damnatorum et paucitas saluandorum. **U**nde et multi inquirunt quare tam paucos elegerit dei misericordia.

ad salutem. tam multos vero deseruerit in perditionem. maxime cum prouior credatur ad saluandum quam ad damnandum. vel non minor saltus sit eius misericordia ad miserendum et cognoscendum. quam eius iusticia ad vindicandum et puniendum. Ex hoc concludere volentes quod credendum sit pro diuine misericordie et bonitatis infinitate et immensitate unumque est in sua fide lege vel secta posse saluari. dummodo credit eam esse bonam et deo placere quod facit et. ut supra.

**P**reterea arguit presumptuosum videri quod pauci christiani se solos arbitrentur salvandos. tota residua multitudine. videlicet malorum christianorum qui multo plures sunt quam boni. deinde indeoꝝ sarracenoꝝ atque paganoꝝ in perditionem derelicta. Qualiter ergo autem implebitur domus dei celestis tanta paucitate electorum. cum infernus qui longe minor est capere sufficiat de omnibus tantam multitudinem damnatorum. An videatur conueniens regi regum et domino seculoꝝ. ut plures habeat vincitos. plures patibulam affixos. traditosque tormentis quam sibi famulantes et subditos. An potest misericordia dei cuius non est numerus nec mensura. tantam sustinere carnificiam tormentorum. vel ad quid inquit tantam multitudinem damnatorum creauit deus. Et si creauit eos in perditionem et mortem. An id conueniat diuinitus bonitatis eius et immensitati misericordie sue. eos creasse quos utique saluare poterat et flammis infernali depascendos derelinquere. De his autem qui pro eo faciunt quicquid faciunt. credentes se obsequiū eidem prestare in eis. quamvis male. ignoranter tamē faciunt. quid erit. Et potissimum de his qui pro deo sive propter deum omne genus suppliciorum non solum patienter. sed etiam gaudenter pferunt. sicut de multis hereticis sepe audimus et ipsi etiam videre possemus. quia ignem et alia tormenta sponente et letanter subent. utique propter deum se omnia sufferre dicentes. et ita in corde sicut credimus habentes.

**I**nicietes igitur dicamus quod error iste multis hominibus damnabilis est et causa damnationis. Si enim volens ambulare corporaliter nollet preuidere via ipsius discrimina. aut offendicula. aut alia precipitia que oculis corporis videri et non vide ri possunt. sed magis clausis oculis aut a via auersis. vellet incedere. quicquid ei malum id est offensionis vel casus eveniret iustissime ipi imputari posset. Poterat enim per se huiusmodi pericula declinare. In eo ergo qui presumebat imminentia sibi mala in huiusmodi via et nosse et evitare potuit. rectissime dicitur. ut sibi ea imputet si in illa inciderit. et ista est communis omnium animorum conceptio.

**E**t modum modo si quis ire voluerit ad locum aliquem viam ignorans que ducat ad illum. presto autem habeat qui viam ei ostendat. et tamē nec ducatum itineris nec via ostendit. forem quod aut petit si errat ei merito error iste est imputandus. Et haec positionem cuiuslibet animus probat auditam. Similiter immo fortius multo in via morum se habere necesse est. quam in via corporali. quanto magis et proprio visu spirituali et alieno: sunt precauda picula spiritualia quam corporalia. Qui igitur non proprio sensu ubi eis suppetit nec alieno ubi eis paratus est quis consulere. picula spiritualia declinare nolunt. merito eis impugnabitur cum incident in ea.

**A**mplius si videris aliū errare in via ista visibili. teneris eum ab errore illo auertere et piculisque ei imminere cernis eidem precauere. multo magis et in via morum. Longe autem amplius teneris tibi consilere quam aliū quanto magis tibi debitor es in bono quam aliū. Ex his ergo manifestum est. quod negligencia ista. querendi. scilicet viam veritatis et salutis. negligencia est culpabilis et damnatio dignissima. In his ergo quod proprio sensu ingeniosus et industria. discrimina spiritualia precauere et preuidere potuerunt sive ex scripturis sive ex doctrina sive ex miraculis sive ex omnibus. iustissima est damnatio erroris talis. et ignorans huiuscmodi. merito ut apostolus dicit ignorabit. Tales sunt quod nolunt intelligere et bene agant. Si quis autem querat de illo qui doctores et predicatorum inueniuntur et rationes videlicet unum fidelium et aliū infidelium sive hereticum nec sufficit ex proprio sensu aut dictis eorum. aut vita discernere cui eorum magis credere debeat. An deus requerat ab illo ut diuinetur fide. hic preculdubio quod non habet de humana ratione quod faciat. diuinum auxiliū debet implorare. ut Augustinus dicit. ac tota instauratio depescari. ut illuminator aliarum

Deus viam veritatis ei ostendat et applicet cor eius et intellectum ei propter contradictionis  
nisi que vera est et sibi accepta. **P**ie autem credendum est de dei misericordia quia sic  
pulsanti aperiet et quod (nisi negligentia querende veritatis aut alia culpa obscurat) cor  
eius auertet deus ne consentiat errori impietatis.

**I**dem sentiendum est in illo casu si videlicet seductor aliquis sub praetextu catholici  
doctoris si implici alicui et indocto. errorem aliquem impietatis predicet. quod de cor ei  
auertet ne illi credat. nisi hoc vel negligentia eius vel alia culpa impedit. **L**ustodit  
enim deus diligentes se ait psalmista sapiens in pueribus. Lustodiet iustorum salutem  
et proteget gradientes simpliciter. **D**icimus etiam quia cum intellectus humanus crea-  
tus sit ad inquirendam et cognoscendam veritatem salutarem. maxime de hoc debet  
esse sollicitus atque studiosus. quare. quia negligentia eius in hoc atque desidia maxi-  
me culpabilis est atque damnabilis.

**A**mplius unusquisque ad actum et finem proprium expeditior est atque facilior. quam ad  
aliquem aliud ut de se patet. **D**anifestum est autem quia virtus nostra intellectiva. ad  
querendum et inueniendum deum. quantum hoc requiritur et expedit facilius est. quam ad  
querendum aut inueniendum aliquid aliud. maxime cum presto sit deus semper ad-  
iuuare conantes ad se. et appropinquare appropinquatibus sibi.

**C**onsidera igitur ista quod diximus et videbis omnes errantes in via veritatis et rigno-  
rantes. eadem culpa errare et damnabiliter ignorare. Nullum est enim inuenire in eis quod non  
sit negligentia investigando per semetipsum salutarem veritatem aut inquirendo ab  
alii. aut diuinum auxilium implorando. aut in faciendo veritatem. Qui enim negligit sa-  
cere bonum quod esse faciendum nouit. meretur non accipere noticiam id faciendi quod  
non datur nouit. De unoquoque enim est sperandum quod si talento intellectus tota diligentia  
bene negotiatus fuerit in quibus per se potuit quod multiplicetur ei vel adaugeatur ut etiam  
diuine reuelationis seu inspirationis munere capiat ampliora. ad que per intellectum  
proprium pertinere non valebat. vel etiam quod predicetur ei doctrina salutaris. ut ma-  
nifeste patet in cornelio illo centurione viro gentili sed religioso ac timente deum. ad  
quem missus beatus petrus fuit. et ipse cum familia ad fidem Christi conuertit. ut ha-  
betur Actuum. et capitulo. **D**icimus ergo quia si aliquis esset seorsum ab hominibus  
et vellet negocieri diligenter talento intellectus sui ex consideratione visibilium faci-  
le est ei inuenire creatorum et multa alia de ipso cognoscere. ipse videlicet esse honorandum. di-  
ligendum. adorandum et hunc modum. Et si inuentis bene negotiaret. adderet ei deus alia vel per  
inspirationem. vel per doctrinam et predicationem quam ipse metuens ei procuraret. Omnia enim creden-  
dum est deum neminem velle deserere qui ei diligenter studet adherere. Nam sat sufficiunt esse ti-  
bi credimus de omnibus adulto errante errore impietatis. quod iusta est eius damnatio. Decla-  
rauimus autem euidentius hoc et dicamus. quod sicut libere voluntatis est ut se auertat ab omni  
male volito et ut per consensum se non inclinet in illud. Ita et intellectus ipsius est ut se auertat ab omni  
male volito et ut per consensum se non assentiat illi. et hoc vel ex proprio lumine est ei possibi-  
le vel ex alieno. Ex proprio. id est proprie investigationis. ex alieno id est diuine reuelationis  
**S**icut ergo libera voluntas damnabiliter assentit in male volitu. sic humanus intellectus  
damnabiliter assentit in male creditu. quare tenet vel ipse se corrigeret vel corre-  
ctionem suam per aliquam viam quod diximus procurare. Preterea non minus tenet deo in suis  
operationibus intellectus humanus quam affectus. non aut licet affectui amare proximum deo  
vel his quod dei sunt. similiter non licet ei non amare deum vel ea quod dei sunt et cetera. Ergo similiter  
nec intellectui unquam licebit non credere deum vel ea quod dei sunt et cetera. Quod enim est non amare in  
affectu. hoc est non credere sive non cognoscere in intellectu. **C**um appareat intellectui posse  
tam esse legem et limites in operationibus suis et limitatum ei esse quod credere vel discredere. vel  
iterum non credere aut ignorare liceat. Et itaque ignorantia interduum esse damnabile vide-  
licet in quibusdam hominibus ignoratis. similiter et credulitate quoniam damnabile esse et impietatem  
et neutram excusare a tota damnatione eos quos inuoluerint. fortassis autem excusat a  
tanto. Non enim tanto peccare videtur qui erranter vel ignoranter male agit quantum  
ille qui scienter contra conscientiam facit.

**I**gitur ut in summa dicamus. illud nobis potius videtur diuine consonū pietatis. ut ubi inuincibilis est ignorantia. quod est ubi homo nō habet de humana ratione quid faciat ibi imploret diuinū auxiliū. et non temere se precipitet. **I**bi enim totū p̄tinet ad deum facere. ubi non habet homo quid de se faciat. verbigratia. **S**i in eam figuram vel formā se transformaret lucifer. in qua nihil posset apparere homini per quod non videreb̄t christus. nec aliquid per quod dinoscere valeat non esse christus. solius dei est custodire hominem. nec aliquid ibi relictū est homini nisi diuinū auxiliū implorare. nec dubium quin presto sit auxiliator deus inuocantib⁹ eū. nisi culpa eoz obliteret.

**P**er autem querunt de multitudine damnatorum ad quid deus eā creauerit. certū est quod ex diuinitate bonitatis sue eam creauit. et quod multa bona magnifica eis contulit. Penas vero vel tormenta nisi meritas atque iustissimas nulli vñq; intulit nec inferet. vñ manifestū est quod iusticia dei causa est efficiens damnationis eoz. qua nulla iustior excogitare potest. mala vero merita eoz causa sunt quasi materialis p̄ditionis eoz. quibus iustissimo iudicio laudanda in omnib⁹ iusticia. damnatio illa eis redditur.

**P**er autem tam multi sunt quod damnantur. et tam pauci quod salvantur. et in naturalib⁹ et in moralib⁹ expressam similitudinem inuenies. **V**ilioz enim et ignobilium maior semper est multitudine quod preciosorum atque nobilium. ut ferri et plumbi quod auri et argenti. et lapidi ignobilium quod gemmarum. similiter quercuum quod cedrorum aut palmarum. **E**cclē modo stultorum hominum quod sapientum. et malorum quod bonorum. **N**am stultorum infinitus est numerus. inquit sapiens. **N**ides etiam quod in tanta multitudine hominum. paucos ex eis deus reges facit aut principes. etiam regales. nec miraris quod nō omnes homines fecit reges et principes et tam modicorum tantorum ignobilium regnum ut sunt tempalia. **Q**uāto fortius ergo mirari non debes si paucis largitur p̄clarac nobilissima regna celestia. **A**mplius cum tam raro videas qui regna celorum appetent vel current. tam multis autem qui ab eis se auertunt et contraria sectantur. propter quid miraris si tam pauci pueniant tam multi non pueniant ad eas. **A**mplius si videres de centum p̄tib⁹ generis humani non nagi nouem totis studiis ac viribus currentes per viam quod dicit ad mortem. Paucos vero econtraario currere per viam quod dicit ad vitam. nō miraris si magna illa multitudo tota adueniat in morte. et sola alia paucitas ad vitam. **D**ic et hic considera tam multitudinem p̄ditorum et videbis eam festinante ad mortem. ecclētrario vero paucitatem electorum festinante ad vitam. **Q**uid ergo mirum est si unusquisque hominum ad fines pueniat ad quē totis studiis ac viribus contendit. **M**ultitudine namque p̄ditorum hominum in via vite istius et vitam fugit eternam et in morte se precipitat. et in stagnū ignis et sulphuris se dejeccit. et in abyssum eternarum flammarum se demergit. **I**gitur quod in baratum infernale quisque cadit de pōdere est proprie iniquitatis. quod vero sursum ad sublimē beatitudinis aliqui trahuntur de virtute est omnipotentis diuine bonitatis.

**I**gitur in eo quod deus tantam creauit hominum multitudinem quam p̄uidebat esse dannandam mirari debes diuitias bonitatis sue. quod tali multitudini tot et tanta bona debet. cuī tamē p̄uideret eos ingratos futuros. **S**ed et pueritatem hominū ipsorum mirare quod largitorē omnium honorum donis suis impugnat. **V**icqu deī misericordia cogita. ut et iusticie eius memineris. que illos quos misericordia creat pascit. regit et conservat. ingratos de acceptis beneficiis merito damnat. **E**t quid mirum si iusticia peccatorib⁹ reddit quod meruerunt. Non miraris quod sol calefacit et ignis illuminat et misericordia dei homini beneficia multa tribuit ergo nec mireris si iusticia eius puniit eos qui sibi sunt rebelles. **N**ō miraris si quod quis seminauerit hoc et metet. ergo nec mirum si peccator metet quod seminauit. **U**nū Ecclesiastici. vii. legitur. **N**oli facere mala et non te apprehendent. **E**t iterum. **N**ō semines mala in sulcis iniusticie et nō metes ea in septuplum. **E**t apostolus. Galat. vi. Que seminauerit homo hec et metet. **S**iboni sumus nō infructuose. si mali. nō impune. **E**cclēstici. xv. Deus ab initio constituit hominem rectum et reliquit eū in manu consilii sui. Apposuit ei aquā et ignē ut ad quod vellet porrigeret manū. **A**nte hōlem vita et mors bonū et malū. quod placuerit dabitur illi. **U**trumquid inquietū sustinet diuina bonitas tantam stragem hominū quos creauit. **A**n delectat

eum carnifex tormentorum infernaliū **I**c. Respondemus q̄ p̄ficinib⁹ extra ipm eū delectat. ⁊ q̄ placent ei tormenta malorum tum quia bona sunt. vt pote eius creature tum propter pulchritudinem iusticie que in eis inestimabiliter et mirāda est et laudāda. q̄ tanto delectabilius incubuntur sancti in patria q̄ hic. quanto maior erit eis ibi amor iusticie atq; cognitio q̄ hic. similiter et quanto magis ibi maior q̄ videbitur ipa diuine iusticie magnitudo q̄ in presenti. Unde scriptum est in psalmo. Letabitur iustus cum viderit vindictam manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Mihi rare ergo sapientiam dei et bonitatem immensam. qui penis malorum utitur ad bonū electorum suorum. Inestimabile enim gaudium erit electis in futuro. dum quisq; letabundus exultabit dices. Misericordia et iudicium cātabo tibi dñe. Ubi duplex erit materia cantus illius iocundissimi videlicet et misericordia in ipos electos. et iudicium in reprobos. Omnipotens siquidem deus quia pius est miseroꝝ cruciatu nō pascitur. quia autem iustus. ab iniquoꝝ vltione imperpetuum non sedatur. sed ipsi iniqui omnes eterno deputati supplicio sua quidē iniquitate puniuntur et tamen ad aliquid ardebunt ut sc̄ iusti omnes. in deo videant gaudia que percipiunt et in illis respiciat supplicia que cuaserūt. quatenus tanto magis in eternum diuine se gratie debitores esse cognoscant. quanto in eternū mala puniri conspiciūt. que eius adiutorio vice-runt vitaueruntq;.

**E**x his ergo que diximus manifestum tibi debet esse o homo. quia laudanda est divina bonitas in hoc q̄ malis et reprobis preter esse. viā et naturalia alia. bona etiā gratuita et temporalia largitur. Quid autem ampliora eis non dat non ideo hoc est. q̄ ip̄e manū retrahat sue largitatis. sed quia ip̄i manus suas alijs occupat. vnde iusti est ut eo minus recipiant quo se auertunt. Sicut q̄ lumen solis super multos non cadit et eos non illuminat. non ex eo ē q̄ sol radios suos retrahat. sed quia ip̄i a lumine eius se auertunt. Et tantū de isto.

De causis varietatis errorū et sectarū multipliciū.

**Q**uod si quispiam fortassis q̄rat interlegendū istam sectarū varietatē qdā cause sit tante varietatis bīmōi errorū in mūdo. Et si ex iam dictis eius rei ratio aliqualiter colligi possit tūc id evidenter pateat animaduertendū q̄ prima et precipua errandi causa hec esse videt. s. peccatum negligentie qua diuinū auxiliū ab hoīb⁹ nō q̄ritur. seu qđ cūq; aliud peccatum qđ diuine gratie viam p̄cludit. Merito em̄ iustoꝝ dei iudicio adiutoriū dei nō obtinet qui illud obtinere nō curat. recte diuine lumen gratie cor illius illustrat minime q̄ illi p̄ peccatum obiciem ponit. Merito domū illius eterni solis radius nō illuminat. q̄ fenestras et ostio oīnelq; introitus splendorib⁹ eius claudit. Fides siquidē non ē naturalis imo est ex electione diuine bonitatis et donū gratuitum. Si em̄ esset naturalis. eadē esset apud omnes. nec esset tanta dissensio quāta ē in mūdo. idcirco a deo petenda ē. Unū et qdā ad xp̄m dicebat ut habeat Pathei. ix. Credo dñe adiuua incredulitatē meā. Et apostolus Aphe. ii. aiebat. Gratia saluati estis p̄ fidem et hoc nō ex vobis. dei em̄ donū ē. Sicut ergo sol nō videtur nisi lumine suo. sic sol intelligentie nō videt nisi luce gracie eius. Sed q̄ multi sunt rebelles huic luminī. ideo etiā ceci. Alia causa ē auersio intellectus a credendis et ab his q̄ possent inducere ad credenda et auersio ad errores. Quādmodū q̄ auersos habet oculos ab his q̄ videnda sunt et ad alia cōuersos videre nō potest in illa auersione. Hi sunt q̄ tanto amore suas amplectūtur opinōes et sectas et de contrariis nec cogitare velint nec audire. tantoq; odio auersi sunt et contrarij suorū errorū et trānsyū ea nec respicere vllatenus dignentur p̄tinaces prorsus in suo sensu et dura ceruice. q̄ nō mō hoīb⁹ melius sentientibus et recte credentib⁹ sed et spirituſanco q̄ p̄ eos loquitur resistere audiāt. Proinde recte dī et prouerbiorū. xviiij. Non recipit stultus verba prudentie nisi ea dixeris que versant in corde suo. Non ē datū homini videre post tergū suū. nec videre sine intuitu. sic nec intelligere ea a q̄bus intellectus se auertit. Holū tales audire aliquid de miraculis h̄z neq; sacra eloqua

nec rationes doctorum quibus possent ad veram fidem induci. ideo non mirum si remanent in erroribus suis. Tales sunt omnes sarraceni et dictarum nationum homines. qui numis obstinate suis inherent conceptibus. et heresibus. dum sanam doctrinam non sustinentes ad sua desideria coaceruant sibi magistros prurietes auribus. et veritate quidem auditum auertunt. ad fabulas aut conuertunt ut longe apostolus predixit. Alia nihilominus causa est rerum credendarum subtilitas et intellectus humani grossities et turbiditas. Namrum que sub fide recta cadunt tam grossos et turbidos intellectus videri non possunt. Quemadmodum ergo homines grossi ac turbidi visus pilum subtilem non videntes ubi est. contendunt monstrare ipsum ibi non esse. propter eius subtilitatem vel gracilitatem ipsum non videntes. neque ipsum videntibus credere volentes. Ita parviter que ex fide vera. credenda sunt grossities intellectus vulgarium et indoctorum hominum propter credendorum subtilitatem non capiens. ea non esse et credit et contendit. Alia preterea causa est remotio sive distantia hominum a rebus credendis. et hec longinquitas est imperitia sive inexercitatio in illis. quemadmodum dicit Aristoteles. quod imperiti veluti longe distantes speculatur. Qui enim in sensibilibus versantur et morantur assidue que longe sunt a credendis que inuisibilia sunt. profecto longe sunt indubitanter ab eisdem. et propter hoc illa videtur non possunt. quia nec studio nec exercitatione ad illa appropinquant. Ideo non mirum si ea non vident. Ipsi sensum volunt habere ducem ad credenda. qui cecus est quantum ad ea. ideo non mirum si in precipitia et profunda corruant errorum. unde et perniciose errant. et nequaquam damna effugiunt salutis. Alia demum causa est stultitia multorum qui intelligere volunt intellectu naturali per se. quod eo per se capi non potest. quemadmodum si quis visu humano vellet videre quod visu aquilino videtur potest. sic intellectus naturalis ad ea que fidei sunt per se nullatenus se extendit nisi altiori lumine perfundatur. Hi sunt qui humani capacitatem et mensuram ingenii ignorant. qui intellectum suum omnia capere existimant. et quod illo non apprehendunt. in natura non esse arbitrantur. nescientes vel non aduententes humum intellectum fore mensuratum et limitatum in sua capacitatem naturali ab ipso summo creatore deo qui terminos ei posuit. que quot et quanta sua naturalia apprehendat capacitate. multa apud se reseruans secreta reuelanda cum voluerit et cui voluerit.

**C**eterum preter has iam assignatas rationes et causas errorum. tradunt doctores et istas. dicentes quod omnes false superstitiones et adinventiones errorum ut in summa dicatur aut et improbe phisice inuestigationis ausu procedunt. sicut errores philosophorum. ut ponere mundum eternum et multa alia similia. quod est totam peruertere sacram scripturam. aut procedunt ex peruerso intellectu sacre scripture sicut infinita reperiuntur hereses. aut etiam procedunt ex inordinato affectu carnalitatis. ut eriores epicuroz. qui dicunt nullam aliam esse vitam quam istam. Et quidem de primis puta philosophis qui se scientes esse iactabant certum haberunt. quoniam ab infidelitatibus peccato nequaquam possunt excusari. cuius rationem adducit apostolus ad Roma. primo dicens. Reuelatur ira dei id est vindicta peccati de celo super omnem impietatem id est peccatum contra fidem. et iniusticiam id est peccatum contra mores. hominum horum qui veritatem dei in iniusticia detinent. id est veram de deo cognitionem detinent. non sibi. sed impediunt ne fluerit in alios. quia quod notum est dei manifestum est illis. deus enim illis renelauit. Inuisibilia enim dei per ea que facta sunt intellecta conspicuntur a creatura mundi. id est ab homine. semper iterna quoque virtus eius et diuinitas. ita ut sint inexcusabiles. quia cum cognouissent deum non sicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt. sed euauerunt in cogitationibus suis. et obscuratum est insipiens cor eorum. dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt. et mutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis volucrum quadrupedum et serpentum. propter quod tradidit illos deus in desideria cordis sui et in reprobum sensum. Porro de secundis id est hereticis ita tradunt sacri canones. quod quicunque scripturam

aliter intelligit q̄ sensus sancti sp̄us efflagitat licet ab ecclesia nō recesserit tñ hereticus appellari pot. Ille vero d̄r aliter exponere sacrā scripturā q̄ sp̄us sanctus efflagitat qui ad hoc expositionē sacre scripture retoquet qd̄ trariatur ei q̄ e p̄ sp̄us sc̄m reuelatū. Unde qui in ecclesia xp̄i morbidū aliqd aut prauū sapiūt. si correcti vt sa- nū rectumq; sapient resistūt pertinaciter. suaq; pestifera dogmata emendare nolūt. sed descendere persistunt heretici sunt. At vero tertij videlicet epicuri et eis similes quoz errores ex inordinato carnali affectu procedunt ex improba voluntate et electio ne liberi arbitrii peccant malicie adherentes rita ex certa malicia. Quod quidem ex duobus contingit. Primo ex inclinatione habitus vicioli qui malicia d̄r. et venit ex praua cōsuetudine peccandi. qua q̄s iniustus desperat de relipiscientia et sic irrefre nate labitur in vicissim. iuxta illud Jeremie. xvii. desperauimus post cogitationes no stras ibimus et vniuersisq; post prauitatem cordis sui mali faciemus. Secundo vero contingit ex eo q̄ homo p̄temptū abiicit et remouet illud quod electōne peccati po terat impedire sicut spem p̄ desperationē timorē per p̄sumptionē et sic de alijs. et hoc vt liberius peccet. Mirū sapiens habet in proverbijs. Impius cū in profundū ma loz venerit contemnit. et consequēs intellectus auertitur a recta consideratione et ponderatione vicioz. Et et hoc etiam disseminate sunt diuersae heresēs q̄ tanguntur inter alias in decreto. xxvij. q. iij. ca. quidā. Et hi omnes licet nō equae. indicant infideles eternae obnoxij damnationi. Abi tamē notatu dignū videtur q̄ infidelitas du pliciter potest intelligi. Uno quidem modo fm̄ puram negationem. vt ex hoc solo quis dicatur infidelis eo q̄ nō habet fidem. vt in illis q̄ nihil audierunt de fide. et sic infidelitas nō habet rōnem peccati sed magis pene. quia talis ignorantia diuino pena sensus propter alia peccata si q̄ fecerūt que sine fide remitti nō possunt. nō autē damnantur ppter infidelitatis peccatum nisi pena damni tantū. Hinc dñs dicit Joh. xij. Si non venissem et locutus eis fuisset peccatum nō haberent ē. Alio mō potest intelligi infidelitas fm̄ contrarietatem fidei qz. s. aliquis repugnat auditui fidei vel etiam ipam contemnit. fm̄ illud Esiae. I. quis credidit auditui nostro. et in hoc prie pficitur ratio infidelitatis. et fm̄ hoc infidelitas nō modo ē peccatum sed grauissimum p̄ peccatum. et oritur ex supbia ex qua contingit q̄ aliquis intellectū suū non vult subiçce re regulis fidei et lano intellectui patrū. rebellis et inobediens effectus ecclesie sancte romane rei capiti summo antistiti. cui perfidie et vicio oēs subiacent nationes su pra memorare.

### De Latinis qui sunt in hierusalem.

**P**ost interiectam haud inutilem spero digressionem inter ceteras nationes supra designatas. et hanc de qua nūc dicemus latinoz et catholicoz q̄ etiā bierosolimis sunt (et si per pauci) superest ea absoluta pti huic imponere fi nem. Siqdem narramus in prioribz et pura atq; simplici veritate expli cuimus sectarum illarum siue nationum varietates. atq; congregationum satiane differentias multitudines paucis absoluimus. prout exacta indagine in locis illis p̄ scrutantes singula comperimus. sed preter eas. sunt etiam postrema hac nostra era te et ab aliquot annis superioribz in bierosolimis quidam orthodore fidei deuoti. p fessores. viri religiosi. qui a ceteris nationibz ibidem (vt sunt) latini. a sarracenis ve ro frantzchi. Sunt equidem filij et fratres sancti francisci. a nobis autē fratres mi nores. visitato vocabulo appellantur. qui illo a suis mittuntur superioribus. et amotis ordinis institutōne. de elemosinis deuotorum peregrinorum illuc ex terris xp̄iano rum venientium et aliorum quorūdam fidelium principum qui sacerorum locorum deuotione et pietate xp̄iana mori. annuas suas eis transmittere elemosinas non negligunt. Ip̄qz fratres pegrinos eo p tempe aduentantes. benigne suscipiunt. p facul tate charitatiue pertrahant. loca sancta ostendunt. infirmos resouent. ac varijs eis

officij pro posse sub seruūt. Ipsi fratres monasterium ibi habent in monte syon. et  
ut cōmuniter vigintiquatuor fratres. in eodē loco yrqz sanctissimo domino famu-  
lantes. Inde non longe habent sua sub cura et prouisione. conuentū pauperum do-  
minarū sancte Clare et minus sex ibidem sorores. Sed et templum gloriose virgi-  
nis marie in Bethleem in cura sua habent. et conuentum ibidem cum sex fratribus  
sui ordinis. qui sacratissimum presepe domini et custodiunt et colunt deuote. atqz etiam  
in templo dominici sepulcri glorioſi. duos semper habet fratres inclusos quos cre-  
bro mutant. et alios subordinant successiue. Omnibus his locis et perso-  
nis. fratres ipi de necessarijs habent prouidere. Et nihilominus maximas et pene co-  
tinuas perpetuūtur calamitates et molestias (ut facile est creditu) tum ab infidelibus  
tum ab hereticis supra memoratis qui eis insultant et illudunt. affligentes eos gra-  
titer. et amaritudinem vitam eorum perducentes. Et tamen procerto existimo q  
nisi ipi ibi manerent. vix nobis latinis illo tempore proficiscerib. tutus ad loca san-  
cta pateret accessus. adeo perfidi illi et maxime apostate christiani. odio nos habent  
et abominationi.

Sequitur luctuosa oratio super desolatione terre sancte.

**N**ota.  Eterum dum hec reputatur aguturqz. quis xpifidelis amator et feruidus  
zelator fidei lacrimas contineat. imo quis cum Hieremias petat dari capi-  
ti suo aquā. et oculis suis fontem lacrimarum ut ploret die et nocte tantam  
desolationem et fedationem ciuitatis sancte. regis magni ac domini virtu-  
tum. quādo prochdolor non modo ciuitas illa sancta sed et terra omnis ipa venerā-  
da sic extra ditionē venit xpianoz. In qua et fidei et salutis nostre cepit origo. opusqz  
redemptionis est summatum. atqz quod dictu audiuīt lamentabile est. vix ibi. xl.  
veri reperiūtur catholici. sancte romane ecclesie obedientes. ac pfidorum tum sarra-  
cenorum tum apostatarum a fide et obedientia sancte matris ecclesie. plurima illi ha-  
bitat multitudo ut superius est ostensum. Dolendum proinde haud ab re maiorem  
in modū grauiterqz ingemiscendum nobis super cunctis abominationibz. q nobis  
dudum pro nostris demeritis pulsis. ibide sunt in medio hierusalē. et in circumitu  
eius. Trahenda profecto. imo pectore profunda suspiria. q gloria illa terra et pa-  
tria domini nostri ihu redemptoris atqz saluatoris. nativitate. conuersatione. pdica-  
tione. signis et pdigjis mirifice illustrata. passione et morte. ac sanguine suo precioso  
rubricata. atqz nobilitata resurrectione et ascensione. p tot annorū curricula. puta per  
ducentos. lxxv. annos. ab eo tempore scz quo ultimo. xpiane religionis cultoribus et  
incolis adēpta ē vscz ad annū incarnati verbi nūc currētem videlz. D. cccc. lxxv.  
in xpianū nomis dedecus et obprobriū. maledictis illis sarracenis et blasphemis ma-  
net subiecta. neglecta adeo a nostris et inculta. tatisqz repleta heresibz et malis. nostro-  
rum haud dubiū culpis. et negligētis. Nec modo lugendum deuoto cuiqz xpia-  
no. hisce pensatis erūnis. sed et recurrendum assiduis ad deum precibz patrē videlicz  
misericordiarū et deū totius solatōnis. clamandūqz ad deū in fortitudine. incessan-  
terqz orandū. qtenus vel reliq pti fortis sue misereat. illuminet vultū suū sup nos et  
misereat nostri. genitēqz auferat pfidā credentiū de finibus ut sibi laudes debitas per  
soluam alacriter. Olim sanct⁹ ppheta daniel in captiuitate pstitut⁹. sup flumina ba-  
bulonis illic sedēs et flens. simili pene ex causa p loco isto pocabat. quē imitemur dicē-  
tes. Deccauimus o dñe. iniuste egim⁹. iniqtatē fecim⁹ in omnē iusticiā tuā. sed auer-  
ratur qsum⁹ ira tua et furor tuus a ciuitate tua hierusalē. et a monte sancto tuo. Pro-  
pter peccata em⁹ nostra iniqtates patrū nr̄orū. hierusalē et terra illa. sanctaqz loca. in  
obprobriū nr̄m subiecta getibz de honestatū. et cōculatura canibus. atqz a pfidis  
iam dudū pphanan. Hūc ergo exaudi deus noster orōnem nr̄am et ostende fa-  
ciem tuā sup sanctuarū tuū qd sic deserūt est. Aspice dñe de sede sancta tua et cogita  
de nobis. Inclina ppter temetipm deus noster aurē tuam et audi. aperi oculos tuos  
et vide tribulationē nr̄am et ciuitatē sanctā sup quā abolim inuocatū est nomē tuum.

**T**u es enim dominus omnium et non est quod resistat maiestati tue. quia in dignitate tua cuncta sunt posita. at in manu tua omnes fines terre. et omnium iura regnoꝝ. Ergo nunc domine rex regum miserere populo tuo. quod querunt nos inimici nostri perdere. et hereditatem tuam etiam reliquam delere. Ne despicias domine partem tuam quam redemisti tibi. sed propitius esto sorti et funiculo hereditatis tue residue nequando dicant gentes. ubi est deus eorum. In notescat quesumus in nationibus coram oculis nostris. virtus sanguinis seruorum tuorum qui effusus est. Introeat in conspectu tuo gemitus copeditorum. secundum magnitudinem brachiorum tui posside filios mortificatorum. Et reddite viciniis nostris septuplum in sinu eorum. impropriorum iporum quod exprobaverunt tibi domine. Nos autem plus tuorum oues pascue tue profitebimur tibi in seculum. In generatione et generatione annunciamus laudem tuam.

**S**equitur compendiosa ecclesie et terre orientalis deploratio.

**H**ec quoque inter memorandū inter legendarū dolendū vehementer cuiusque pio lectori existimat. ac maiorē in modū ingemiscunt. quādō talibꝫ et tantis heresiibꝫ et erroribꝫ non modo Hierosolima. ciuitas utique sancta. ciuitas regis magni cum tota adiacente paucina. quod olim terra promissionis appellabatur. sed et oriens omnis. latissimis diffusa terminis et praeclarissimis quondam regionibꝫ regnisque dilatata. turpissime sedatur. contaminatur. conculcat. adeo ut quod perfecto dictu audituque est lamentabile inter lacus contritos quod aquā non habent. difficile ybi fons quondam signatus. et ortus ille conclusus fuerit possit intelligi. Rem lucu predignum. vineam illam domini sabaoth quādā electam et spaciosem. speciosamque valde. heu quod male exterminauerunt quod deuastauerunt misere. quod radicibus euulsam dissipauere. pessime ille vulpecule Arius. et Apollinaris Eutices Nestorius. Gabellius Pelagius. et ceteri quique heresiarche. qui illam solotenus. rupta maceria. destruxerunt. At aper ille de silua et singularis ferus Dahumet videlicet maledictus et pseudo prophet. quod hodie vides. vides ad internationē depascitur. Quis siccis pranseat oculis. aut lacrimas quis poterit continere. dum sic perisse a fide deuias videt terras illas eximiā. apostolica elaboratas predicatione. excultas studio multo. longo partas sudore. Asiam videlicet omnē latissimam. septem cathedralibꝫ ecclesias. per beatissimum euangelistā Iohannē fundatis insignem. nobilissimā item Africam. opulentissimā Indiam. praestantissimā quondam Greciam et reliquā totam orientalem ecclesiam olim tam celebrem tam gloriosem tam clarissimis tamque sanctissimis viris exornatam. tam eruditissimis patribꝫ et ecclesi luminaribꝫ. tum illustrem tum referatā. puta ut vel paucos cōmemorem Augustino yponensi epo diuine sapientie speciali organo qui gemma doctor. pater theologorum. in alleus validissimus hereticorum iure meritoque cognominat. Iohanne Crisostomo epo constantinopolitano quod et os aureus per doctrinę prerogativa recte appellat. Inclito martire et eleganti oratore Cypriano carthaginē. epo. Athanasio grauissimo Alexadrino episcopo. Iohanne damasceno Gregorio nisseno. Gregorio nazarenō. Dylario pictauensi. magno Basilio cesariensi. reliquis plurimis doctissimis viris. quorum omnium si vel nomina recenseri debarent. taceo merita et dies deficerent et carta. Sed heu quod interea repleuerunt haste terras virtice. quod operuerunt superficie earum vepres et spine. Heu quod incensa igni oīa et suffossa. verendum ne ab increpatione vultus dei penitus perierint. Heu quod obscuratum est amputatus est color optimus. dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum. Ubi nunc sunt inclite reges ille quondam patriarchales sedes et ecclesie. alexandrina. Anthiochena. constantinopolitana. Hierosolimitanaque quarum pro dignitate laudes nemo vel eximius orator posset decantare. aut preconia deprendere. De omnibus domina roma sancta tue quondam erant sorores. tibi denote. tibi obedientes. tibi ex latere coherentes. Et quod tu primā arcem et summum tenes fastigium. eo quod beatissimi petrus et paulus suo martirio. tuam secreauit. sedē. tū alexandrina post te secundum quādā habuit locū. ypotē bū petri noīe a scō marco eius discipulo renā gelista cōsecrata. Deinde vero anthiocena eiusdem bū petri apli sede venerabilis. quam septenio rex. cui post se sc̄m p̄fecit Ignaciu ep̄m. ubi et xpianorum primum nomen exortum est.

Postac autem constantinopolitana. que et noua quondam roma appellata. a christi anissimo Constantino magno qui cum multis illuc romanis perreverat insigniter est constructa. Tandem hierosolimitana. quam dominus noster suo proprio et precioso sanguine consecravit. De in qua omnes post te o romae. proxime tibi virgines. regi christo quondam adducebantur. Sed heu heu hodie procul sunt nimis. aliene a te effecte. infecte heresibus. excise a simplicitate vere fidei. atque adulterantes a sposo christo. cum satana fornicantur. Sic sic (laus deo) In occidente oritur sol iusticie rutilatque per clare. At heu in oriente lucifer ille qui ceciderat. super sidera posuit thronum suum hic lux mundi. hic sal terre. hic vasa aurea et argentea. Illic vero caligo inuolnus et tenebre densissime. atque plurima mortis imago. Illic sal infatuatum quod dominii sententia ad nibilum valet ultra nisi ut mittatur foras et perculetur ab hominibus. Illic yala virginea vel testea quod virginem ferream eternum operiuntur incendiis. Sic heu pergit sic ruvit orientis omnis solo collapsus. ac vetusto inter se populorum furore collisus. indiscissam dominii tunicam et desuper contextam. minutatim in frusta decerpit. rebellis totus effectus. Nec vult intelligere quod sancta romana et apostolica ecclesia. non ab apostolis. sed ab ipso domino et salvatore nostro primatum obtinuit. quod beato petro dicit. Tu es petrus. et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Et porte inferi non preualebunt aduersus eam. Et quodcumque solueris super terram. erit solutum in celis. sic et ligatum quod ipse ligauit te. Jam ergo solus ille fundauit et super petram fidei mox nascitus erexit qui eterne vite clauigero. terreni simul. et celestis imperij iura promisit. Illam caput constituit et cardinem ut sicut cardine ostium regitur sicut huius sancte sedis apostolice auctoritate. omnes ecclesie domino disponente regantur. Illius ergo fungitur privilegio cuius auctoritate fulcitur. Unde dubium non est quod illi inobediens in heresim labitur. fidemque violat qui aduersus illam agit quem est mater fidei et magistra. atque illi inuenitur prout max qui eam cunctis ecclesiis noscitur protulisse. Unde et ipse beatissimus Ambrosius. sese in omnibus sequi magistrum suam romanam proficitur ecclesiam. accurata admodum et catholica protestatione. Ita et doctissimus Hieronimus. arriana pullulante heresi suis temporibus Petri cathedralm et fidem. dominico ore laudatam. sibi censuit consulendam. imitandamque. Ita et fideles omnes debent facere. uniuersi id exemplum sequi. Ubi quis em fuerit corpus illuc congregabitur et aquile caputque. membra (ut par ratio est) sequuntur. Sed exceccata orientalis ecclesia. heu ista non capit. acquiescit minime. Et quoniam extra arcum noe facta est. pereat oportet. Nec enim extra illam salutis cuiusque esse potest. attestantibus scripturis omnibus et sanctorum patrum canonibus. quoniam una est sancta et immaculata mater ecclesia. una habens caput. uno spiritu vivificata. una fide fundata. Quicumque ergo ab illiusfidei unitate vel societate Petri. semetipos quolibet segregant. tales nec a vinculis peccatorum absolvi. nec ianuam regni celestis ingredi possunt. Quicumque extra dominum hanc agnum comederit. panhus sit necesse est.

**S**equitur planctus lamentabilis super misero statu quo in presentiarum cernitur in ecclesia occidentali cum matura exhortatione ad principes imperij ut quo ad ipsorum interest fideliorum nauent operam pro eius defensione.

Ed cur supuacanee inaniter et frustra prisus dum hec recolo et mecum ipse persisto stulto labore memetipm afficio. ut quod inuanum vetera hec et iam dum obliuioni pene tradita longeque posita mala deplango. quod quoquidem ut omnibus liquet. recentia. punitia noua. et prima ecclesie damna et exterminia. curant minime. hac presentim miseribili tempestate. quod oes quod sua sunt querunt non quod ihu christi non quod ecclie spose sue. non quod suorum subditorum. Quo fit ut cum coi oim piculo et toti reipublice christiane clade danos dietim mala ingrauescant. et tu ipis laribus tu lateribus nostris incubant. immineant comini. astentque per foribus ita ut pcelere ad interiora nostra minentes ingressum. atque interpatiedum hec. magistratus oes ecclie et uniuersi optimates dormiunt graui liturgia depresso. adeo quod sub oculis sepe spectiunt imo et sentiunt. modo ipsi salvi euadant. ceteris perirentibus. nihil pendunt ac floccifaciunt. nec est qui se ex aduerso murum

oponat pro domino exercitum aut pro domo eius q̄ est ecclesia. Proinde sedet in  
tristitia mater et domina gentium. nec est q̄ consolat eam ex omnibus caris eius. Quisna  
xpianorum non consideret quis nō maxime doleat vniuersam rem publicā nostrā tā ve-  
hementer turbatam hodie et afflictā. immo iam pene labefactari incipientē. deficientes  
miserabiliter. Nō pertū habet omnes exploratūs (nam plurimi id cū suo et cōmuni ec-  
clesie detrimēto pudore atq; rubore sensere) quemadmodū xpiani noīs et sanguinis  
emuli. hostes fidei. inimici crucis xp̄i. ip̄i videlicet thurci p̄fidi. a paucis supiorib⁹  
annis fortiores nobis effecti. seuūt ceu rabidi canes ante fores ecclesie quin irrūpe-  
re sepe moluntur. vacillantibus nobis ac deficiebitib⁹ in dies magis magis. Nec  
quēpiam fugere aut p̄terire posse arbitror quomō iam dudū in suam redegere dicio-  
nem imperia et regna tum populosa tum opulenta. prouintias p̄potētes. p̄claras ci-  
uitates et vrbes. insulas quoq; egregias et munitissimas. Constantinopolim nanc⁹ et  
Trapezūtū vrbes impatorias. Traciā omnē. Boeciam. Atticam. Dacedoniam.  
Thessaliam. Achaiam. Etholiam. vtrāq; Hisiam. Tribalos. Scordiscos. Tanri-  
cos. Bastarnas. et cetera plurima opida que breuitatis gratia haud enume. occi-  
sis eoꝝ imperatorib⁹. pullis regib⁹. ceterisq; dominis. ferro atq; igni vastatis regio-  
nibus. celis incolis. aut in captiuitatem abductis. olim bello truculentissimo tur-  
cus occupat. Quot autē strages cladesq; ingesserit. Deleponesicis. Dalmatia. Apī-  
rotis. Illirij. Noricis. Pannonijs et germanis. ip̄i haud dubium frequenter audi-  
uimus. ex quibus non paucos nostris ex confratrib⁹ duxit triūphos. Libet hic  
preterire mare eu xenū sive (vt aiūt) mediterraneū (quod etiam vulgo mare maius  
dicitur) quod expugnata capha. ianueniū colonia. libera classe Tercus navigat.  
Trans eo mitilenem. ciclidias insulas. Talcidem cuboie. sive Fligrū pontem. Cozo-  
ram quam ytalī Scutarim vocant et reliqua xpianorum loca. que thurcus tum dolo et  
fraude. tum durissimo imperio regit. Non dicam asperrima bella clarissimoꝝ vene-  
torum cū thurco vltra citroꝝ fortiter gesta. Silebo queq; mortalia flagella a thur-  
co illata inuictissimo regivingarie. nostris tempib⁹. qui pro fide domini nostri ihu  
xp̄i recte paucorū infidelium dici potest. Quo tādem esse animo debeamus. ip̄i pensem⁹  
Quis Rodū p̄clarām ciuitatem et insulā ut cetera obmittam anno supiori funditus  
delere anhelauit. Thurcus. Quis paucis euolutis annis ingenti xpianorum strage et  
cede. ydruntū in ytalia vi cepit. thurcus. Quis epatum Delfateū. basilicasq; mul-  
tas. ante paucos emensos annos p̄buscit ac solo equavit. thurcus. Quis omnē apu-  
lie maritimā oram. ferro igniq; vastauit. thurcus. Ad romanū imperiū frequēti ani-  
matus victoria. oculos suos sanguineos nemo ambigat p̄sepe flectit. mortez nobis  
minutans et ultimū exicū. At in tanto rerum omnū discrimine. hos inter turbines  
in tantis terrarū depopulationib⁹. vastationib⁹ tantis monasteriorū et ecclesiarū. In-  
nocentū necib⁹ et fratrū nřoꝝ crebris abductionib⁹. quid ex aduerso ab his q̄ summa  
tenet gubernacula atq; supremo resident in fastigio summaq; in arce delitescit. actū  
sit aut temptatū. quantū qualiter ve repugnatū. q̄ nesciat ex omnib⁹ arbitrorū nemine.  
Adeo heu dormiūt vniuersi ad quos negocū pertinet. ex quibus velut patronis  
tranquillam navigationem. ex quibus ceu pastoribus salutem. si vigilarent et obser-  
uarent vigilias tenebrose noctis sperare deberemus. Sic perfunctorie res agitur  
et in malis nō supra. Sentimus q̄ explicamus longe melius tam pericolosam p̄-  
sidentium inertiam. negligentiam tutorum atq; pastorum. Hāq; licet deus ip̄e opti-  
mus vineam suam (hanc loquor ecclesiam) olim de egypto transtulerit. eiecerit ini-  
micas sibi gentes. duces dederit itineris successione in conspectu eius qui plantarent  
qui rigarent. ita vt ipsa pridem suorum vertate palmitum mundum cinxerit vni-  
uersum. prochdolor tamen aper desilua nostris cernentib⁹ rectoribus. crebro ex-  
terminat eam. singularis quoq; ferus depascitur miserandum in modum. Unde ex-  
tam remissio eorum gubernaculo et regimine desidioso. atq; negligentissimo. omnis  
xpiane religionis ruina. desolatio. et dissipatio dinoscitur oriri. Porro cui monstro-  
buiuscemōi plati aut principes cōparādi sunt. bincaduerti potest. Numq; qđ rector

namis in medio maris dormiens et quasi sopitus gubernator amissus clauso inter tempestates. hoc talis in medio suorum. Quod preterea custos ciuitatis carēs gladio et proرسus inermis hoc talis nullo penitus armatus bono zelo. Quod denique canis intra gregem non valens latrare. aut speculator absque buccina. hoc pastor et ydolus quicunque perfuctor et magnatibus agens. Hinc tuus tuorumque naufragium. periculum. et perditionem pensa. quicunque es rector aut ductor. tutorque gregis dominici. Attende tibi et in universo gregi tuo. tu in primis pater beatissime. potifex maxime. euigila animo vel iesum cuius vicem geris in terris. audite adhortantem. teque excitantem. Symon quid dormis. Desidiam pelle. pelle torporem feruorem assume. zelum domini indue. quoniam illo aliud sacrificium acceptius nullum. Hely memeto qui in filios negligentius agens. grauem in secepit ultionem. fractis cervicibus. peremptis liberis. arca ablata. David recole. qui tempore bonitatem in filios. non disciplinam exercens. eorum iuuentutem experimento sibi didicit perniciem. quorum pueritiam vaga licentia permisit esse voluptuosam. Quot et quanta hec platorum negligentia mala pariat. quis nesciat. qui tempore que mordacissimo vermi comparatur. qui in intimo ligno nascitur tenus rodit paulatum medullam. Constat vero quod lignum vermis exaratum ad nibilum valet ultra nisi ad ignis combustionem. sed et ad hoc huius malorum evidenter et proprie vim atque furorem spūs expressit diuinus. cum eam etiam tineat assilimat que vestimentum consumit. quod ut notissimum est. clu tineaque attactum. nullius precii vel usus converti potest habere. Hoc malum ab initio omnem destruxit christianam religionem. Neque enim subitanea quadam ruina adeo defecimus sed per incuriam presidentium et prelatorum. paulatim virtutibus et exercitibus primis decedentibus. et per hoc sensum virtutis crescentibus. tam miserabiliter concidimus casu. Animaduerte ergo pater beatissime et quemadmodum tunc diligenter fidusque nauta maximo desudat ingenio et plurimum impendit laboris. cum ventorum turbines aduersosque impetus patitur. cum percellarum moles sustinet immensos. cu et in scilleam rabiem scopulosque acutos et vastas surtes. vi agitur ventorum. unde insequitur clamorque virum stridorque rudenter. Ipe primus in opus ruit. crebro fatigat themonem. cunctos ad laborem hortatur. Remos laxari iubet vndis. effunduntque vires viri. ut magnus in ethera clamor. Similem in modum cum urbis quelibet obsidione cingitur hostium. et bellum facies ardentes. ferunt ludus martis. vastantur leta sata. boumque labores sternuntur agri. et neci dantur hominesque pecudesque. Obsident ast alij telis angusta viarum. Oppositi stat ferri acies. mucrone coruscus. Tunc primus princeps ipse si qua fide. si qua pietate in suos est. Rupit mos. robur ciet exercitus. tubaque clangente ruunt in agmen unum cuncti. arma capessunt. cōglomerantur duci. et omnium ardor unus est. aut viribus et roboz. aut consilio et industria. reipublice consulere saluti. pellere hostes. Currunt hi in arcem summam hi menia scandunt. vique maxima tutantur. Hi quibus integer cui sanguis est. solideque suo stant robore vires. Manus coherere ardentes. iuuat in hostes conferre semetipos. Num tali capite. tali duce. et principe gubernantur gaudentesque. Quid his velim exemplis facile intelligis pater ipse beatissime. Sed et vos cognoscite principes seculi. deo vos rationem reddituros esse propter ecclesiam. quam a christo tuendam suscepistis. Idcirco enim ut sacri tradidit canones. adepte patris culmina tenetis. ut per eandem patrem etiam ecclasticam disciplinam mutatis. ut quod non proualeat sacerdotes efficere per doctrine sermonem. patris hec vera imperet per discipline terrorem. et quod vera sapientia est ad ecclesiarum tuitionem. pupillorum ac viduarum protectionem. rapaciusque refrenationem. intendere. facere vinicusque iudicium iusticiam. liberare de manu calumniantium vi oppressos. miseris perbere auxilium. neque pati ut a quisque vera pietate tristitia. cohibere futura. punire adulteria impios de terra perdere. homicidas. pericidas. et viros non sinere vivere. subiectos vobis non permittere iniurias agere. hec inquam et similia spiritat ad veras celitudines et magnificencias principales. At vero nunc ea quae sumus miserabili temestate quaeque toto moto nauicula petri adeo vehementer iactatur fluctibus. concurrit et percussa pellitur in latum. Vos qui primi in acie configere. pro gradu. pro officio habetis. quod deo et eccliesie

sue eiusq; antistiti ac summo psuli debeat. accuratius p̄esate. videte diligētus qđ  
facto opus sit. Attendite quoq; sagacissime quid tandem vestra negligentia ac dīsi-  
mulatio (omnii pace et venia dixerum) hactenus visa et exta. sit paritura.  
**S**ane cur hisce tempib; inuenērūt nos mala ista. si qđ forte miretur in promptu  
causa est. sub aspectū patet. latet neminē qđ vel paululū circūspiciens in girū fert in-  
tuitū. **D**ox em orbem videbit vniuersum innumeris habūdare vicijs et criminib;. repletum om̄i prorsus malicia. dolo. et frau de. qm̄ nequicie in habitaculis hominū  
in medio eoz. tenet eos supbia. operti sunt iniquitate et impietate sua. pdit quasi ex  
adipe iniquitas eoz. transēt in affectū cordis. **N**inc videre est iniquitatem et cōtra-  
dictionem in ciuitate. die ac nocte circūdat eā iniqtas. et labor in medio eius et iniu-  
sticia. nec deficit de plateis eius usura et dolus. **A**tq; vt primū de ecclesiasticis viris  
et clericis in cōmune tremula tñ manu et stilo reluctantē qua decet reverentia q̄piam  
scribam. qđ nō videat qud obscuratū ē aurū. i. vita reproba ministrorū dei sordibus  
fuscate. quondam qđem virtutib; glorioſa. nūc vero p negocia seculi et vicia varia opi-  
do denigrata. **T**olor optimus id ē sacerditatis habitus in culpe multiplicis feditatē  
mutatus. disp̄si sunt lapides sanctuarij p oīa pene genera viciorū. in capite omnii  
plateaz. suis prauls exemplis plebeis scandalū graue inferentes. adeo vt recte dñs  
ip̄e de eis illud Ezechielis p̄qratur et dicat. versa ē m̄j̄ i domus israel in sc̄riā. oēs  
isti es et stannū et ferrū et plūbum in medio fornacis. **L**ecidit siqdem babilon magna  
a sanctitate et virtutib; q̄ fuerunt in primitiva ecclia. et facta ē habitatio demoniorū et  
custodia oīs spūs immūdi et oīs volucris immūde dū et carnalia et spūalia in eis vi-  
cia regnant. **D**quot ex eis cū illa fornicātur muliere hodie. q̄ finaurata ē auro. et ha-  
bet poculū aureū plenū ab hominatōne in manib; suis. **H**uc qđem mulier ambitio-  
nem et cupiditatē designat in clero. qđ peccatis hoc maxime tempe plurimū fedatur  
**O**mnes em̄ diligunt munera. sequuntur retributiones. cū symone graduūtur. auari-  
cie student a propheta usq; ad sacerdotem. nec aduertūt q̄ alijs sepe predican. quo-  
niam iuxta apostolū. Radix omnii malorū est cupiditas. quā quidem appetentes er-  
rauerunt a fide. et inimiscuerūt se dolorib;. **A**tu autem o homo dei clerice quicunq;  
hec fuge. sectare vero iusticiam. pietatem. fidem. charitatem. patientiam. mansuetu-  
dinem. **C**erta bonū certamen fidei. apprehende vitam eternam in quā vocatus es. et  
confessus es bona confessionem coram multis. id quidem ad thymotheū ep̄m pau-  
lus scripsit sed ad omnē clerum speciali potest ratione dici. Nam quod ad ambitio-  
nem atinet pene omnes vel per se vel per amicos honores querunt et dignitates. p̄cio  
et precibus. encenjs et minis. Ambulare volūt in magnis et mirabilib; sup se. **A**deo  
invaluit hoc malū in clero. vt omnes supgrediātur seculares in eo. **T**estatur canon  
imo detestatur. quorūdam etiam religiosoꝝ oculos adeo ambitionis et suggie vicio  
execatos. q̄ quasi sue professionis immemores qua contemptis honorib;. abiectis  
dīvītis. seculic; delitib; spretis. propriū arbitriū alterius subiugarūt ditioni. **H**ec  
omia prorsus ambitione requirunt. nec villo contētantur gradu. finem nesciūt ascen-  
sionū. **A**tq; (quod pudori ē maximo) in litigioꝝ amfractus p̄cipitanter ruūt causaz  
se in gerūt strepitib;. amplissima aspirant culmina. atq; fastigia grandia descendūt  
qui etiam titubant in plano. **M**imirum vt vetusta habet sententia. mens dignitatis  
auida nec abstinere nouit a vetitis. nec gaudere cōcessis. nec vlli pietati adhibere cō-  
sensum. Porro nullū ē aliud viciū qđ ita oēs exhaustit v̄tutes. cūctaꝝ hoīem sc̄itate  
spoliat et denudat. vt supbia et ambitio. q̄ velut generalis qđam pestis. nō vnū soluz  
membrū debilitat. sed solidū corpus. letali corruptio exicio. atq; in virtutū etiam arce  
collocatos. grauiſſima deſicit ruina. **A**ngelū illū attēdamus (vt cetera tranſeam) qui  
p̄ nimietate splēdoris sui atq; decoris lucifer appellatus ē. cū nullo alio qđ hoc vicio  
ex illa beata et sublimi angelorū statione in baratrū deiectū scimus. **N**inc tyramidez  
mali bui? cognoscam?. Ambitiosus chore et plices eis. igne diuino succēsi sunt. qđ  
sacerdotū rage voluerūt. dathā et abyō. qđ moysi de ducatu inuiderūt. terra absorbit  
descēderūtq; in ifernū viuētes. **D**zias qđ rex lepra recte p̄cussus ē. qđ sacerdotū sibi

voluit usurpare. Ambiebat iason frater onie summū sacerdotiū adito rege. pmittēs  
argentii talenta trecenta octoginta (Nam omnis ambitiosus in symoniā vt cōmuni-  
ter labitur) Is īpē iason quā sententiā excepit. quē vite habuerit terminū exitū ve-  
machabeoꝝ liber docet. Fuit hoc viciū primū luciferi vt dictū est. qui equalē deo  
appetit sedem. O quanti hodie fedā insequuntur vestigia eius. imo q̄ pauci euadunt  
quibus dñandi libido nō dominat. sed quē sequimini miseri. Nonne iste est mons  
in quē ascendit angelus et factus est diabolus. O ambītio. subtile malū. virus secre-  
tum. pestis occulta. doli artifex. mater ipocrisis. parens linoꝝ. origo vicioꝝ. crimi-  
nū somes. virtutū erugo. tinea sanctitatis. exēcatrix cordiū. ex remedīs morbos p-  
creans. ex medicina languores. Deu longe ē a nobis eximū et preclarū illud salua-  
toris nostri exemplū qui oblatam gloriam culminis fugit. cū eum vellent facere re-  
gem. et tamen penam probroso mortis appetit cū ad patibulum crucis sponte venit.  
Sed surda hec omnia prochpudor aure trāsimus. dum quisq; proprio se metitur  
iudicio. nec maiorꝝ patitur aut expectat censuram. dū nec preceptis nec legibꝝ digna-  
mur subnxi. sed erūpimus. sed estuamus. et ultra nostram abitiole protendimur mē-  
suram. efferrimus nosmetipos in immensum. practicamus mira. inauditas adinve-  
nimus vias. neq; patimur ad nos deferrī honores. sed pro bis psequendis puola-  
mus. centendimus. certamusq; iure nobis deberi omnia arbitrantes. dū omnibus  
nos supiores et meliores existimamus. Adde (quod extreme dementie est) vbi ma-  
ior et clarioꝝ inscīcia et ignorantia est. ibi insolentior arrogāntia regnat. Blandimur  
nobis ex sanctimonīa status. extollimur de eius sublimitate. de illius dignitate con-  
fidimus. neq; cogitamus q̄ sicut canon inquit. non locus. non dignitas. nō cathe-  
dra. sanctū faciūt. sed vita et mores. Unde ex officio et status eminentia non licentia  
peccandi. sed necessitatē potius bene viuedi ecclesiastici viri se nouerint assecutos  
neq; ex dignitatis altitudine audaciaz delinquēdi subi sumant. fallentes semetipos  
et non recte arguentes. qz videlicet scriptū legūt suis in canonibus. Nullus sanctū  
dubitare debet quez apex tante dignitatis attollit. in quo si desunt bona acq̄sita per  
meritum. sufficiūt. que a loco et cathedra testantur. At iterū. cathedra aut claros ad  
hec fastigia erigit. aut qui erigūt illustrat. Ad que dicimus. plurimū falli eos q̄ de  
loci dignitate letantur. Nam predicta de illis intelligit canon. qui per bonos actus  
suos. sanctos predecessores imitantur. vnde subdit q̄ ea que de cathedre sanctitate  
dicta sunt. ad illos pertinet. quos proprie cōversationis splendor decorat. Sed p-  
tanto sanctos vocat canon. quia propter loci et cathedre sanctitatem. boni et sancti p-  
sumuntur. Neq; vos reda securos o patres. alte dignitatis fastigium sed reprimat  
potius et humiliet. ingens periculum et ipsis ceruicibꝝ vestris imminentis si vita obest  
dignitati. Quid paradiso altius. quid tutius celo. et tamē homo de paradiſo peccā-  
do angeli de celo ceciderunt vt posteris exemplo essent. qz nō loci aut dignitatis am-  
plitudo. securitatem tribuit. sed innocentia vite. Ecce in quanto versamur piculo.  
In cūctis ceteris statibꝝ culpa suos tenet actores. quilibz suo punitur peccato. quia  
scriptum ē. Anima que peccauerit ipa morietur. In hoc aīt vno viuendi genere no-  
stro. ne dū suo sed alioꝝ pastor scelere plectitur. populoꝝ dāmnat iniqtate. dño p p-  
hetam acerbissime cōminante. Si non fueris locutus vt se impius custodiat a via  
sua. et ille in iniqtate sua morietur. sanguinem eius de manu tua exq̄ram. Qd maius  
piculū illo poterit excogitari q̄s sane mētis opos. ad id genus vite aspiret vt animā  
suā teneri obligariꝝ baratro eligat si alij peccarint. In exordio būani generis cayn  
s̄pē licet reprobus. tante tamē intelligentie fuit vt vite alienē curam abiiceret inq̄ens  
Aliquid ego custos sum fratris mei. Repellebat a se caute fratris curam ne incau-  
tius pro fratre teneret. ille etem fratris curā recusabat. nūc prochdolor ad extraneo-  
rū. cuꝝ apto piculo passim ppereſ. currīt ab omni etate. a doctis piter et doctis. quid  
vero tam dementie p̄tinū q̄s alienoꝝ facinoꝝ strictam rōnem se redditū. pmitte-  
re. qui sua aut non videt aut non intelligit. Grandis proinde et periculosa sarcina est  
cura pastoris. Nam cuīslibet quis depeditio illius piculum ē. ad quem ppbeta ait.

**E**t erit anima tua pro anima illius. O verbum tremendum. o stupenda sententia. o dignissimum iudicium. cui caput tuum pastor inclinas atque supponis. quod etiam tot mortibus dignus iudicaberis. quot perditionis exempla ad subditos transmittis. **N**emo ex nobis hec secum cogitat. omnes felices nos beatosque credimus si hanc consequimur curam. si pastorale culme adipiscimur. laboramus per his nascendis perphasque. diesque noctesque. Dixerim omnium conuentia aliqd acrius. hodie pro epatu non modo litigatur sed bellatur. non solum contenditur sed pugnatur. quod ceteris omnibus detestabilius non incognitum iudicauerim. quoniam et si scriptum sit. sernum dei non oportet litigare. nos tam qui spirituales sumus et lites atque contentiones specialius vitare iubemur. prochpudor tam acerbe. tam crebro. tam impie litigamus ut omnes vincamus in contendingo laicos. Et certe plerique non sine orbis scandalo et piculo. ita sub colore iusticie. obrepit impietas. Aut enim ex nobis multi. et si non verbis. factis tamen gloriari nostram alteri non dabimus. qui dum vanam et caducam sectamur veram et eternam amittimus. Quidam ad gloriam. et ecclesiam pectorari malamus. quam ipsi non honorari. sed gloria nostra in confusione erit. Hinc nonnullaque accidit nobis ambitionis quod cum multis et diu pertinaci animo vanis acti spebus altiora nimirum considerare. mox repentinus casus irruit. rapit mors improbus. et is quem nobis primus attigit annus honori. lucui fit et funeri. **H**ec bis missivis certa plurima cleri complectar vicia paucis. in communione saltem. in ea iam pridem incidimus tempore. in quibus cum per pheta licet exclamare. Sol et luna obtenebrati sunt. et stelle retrahunt lumen suum. Lamentabilem totius ecclesie statum. quo ad superius ordinis patres. mediocres quoque et inferiores. deplorantis prophete verba sunt. Qui enim propter celestis sapientie claritatem et spirituialis vite honestatem. soli lumen et stellis in sacra comparant pagina. iuxta illud. Qui docti fuerint fulgebut quasi splendor firmamenti et qui ad iusticiam eruditum multos quasi stelle in perpetuas eternitates. ipsi propter abhominabilementis cecitatem et detestabilis vita in honestatem obtenebrati. et heu omni priuati lumine cernimur. Adeo quod omnia superat. ipsis nobis qui inter ceteros sicut lumina in mundo. apostolica sententia lucere deberemus tante iniecte sunt tenebre. obscuritas tanta adacta est. ut symonia quam abolim heresis loco habita est semper. tam familiaris nobis. tanquam cara effecta est. ut sine illa vita in domo domini incedamus. lateralis auaricia. domestica luxuria. amica superbia. libido. voluptas. commissatio in rerum habundantia nobis paucissima. desidia. ignavia. dei statusque nostri oblitio qualis nobis ad dignitatem ingressus. an per ostium. an aliunde. quae vite progressus. ac tandem rebus colectis. nobis morte obituris quae ex humanis egressus speratus. consideratio penitus nulla. que oia sedet quae sibi propria colloquere in nobis. Quo sit ut eccliesie dei nocentior nemo sit quam nos ipsi dum et perire agimus et nihilominus nomine ordinis sanctitatis habemus. Ob id profecto. grauissime nos horredesque manet pene. Numquid si prophetas si patriarcharum si totius scripture repeatum analia nullum repiem hominum genere quod devehementer arguat puniat severus. Discurre per prophetas. scripturam lege. quod audies nisi pastores populi mei paucicati sunt in me. Ve pastorebus quod dispagnum gregem meum. ve pastorebus quod pascunt semetipos. ve vobis quod opulenti estis in syon. optimates. capita prolorum. quod ingreditimini pompatice domum domini. quod dormitis in lectis eburneis. et lacuinitis in stratis urbis. Et reliqua id genus plurima quam si per ocio licet afferre in mediu. mirum certe nobis ipsis visideri facere. si quem ex nobis contingere saluari quod principiamur et presumimus in tantis ministris in tanta pigritia. in tantis increpatibus et in tanta desidia. Igitur sic nobis maioribus celi luminarybus obfuscatis. in totius orbis misera facie et mundi climatede universa. ut alii ceciderit ratus. iam dudu venit dies tenebrarum et caliginis. pinde dies calamitatis et turbinationis. atque ut plangit alanus. Incubit fidei vespa mundo. nocturnaque chaos fraudis abundat. languet iusticie lucifer. huius viri umbreremanet umbra superstes. Jam non ipso crux pallia quae se criminis falleras exuit oes. nec se iusticie luce colorat. sed se iam victum glosat apte. Censet reprobus ius probitatis. virtus sub vicio victa laborat. virtutis spes exultat omnis. laxatur vicio freno furoris. In quo etiam id ventum est tempus abolim ut

imperante florenteque nequicia. virtus non modo premis careat. verum etiam sceleratorum  
pedibus subiecta cōculetur: et in loco facinorum supplicia luat. Innocentis causa de-  
torquetur in crimen. et scelus quisque a facie iudicis victor ascendit. Qui multis p-  
desse poterant velut purgamenta quedam mudi huīus abiecti in publicum venire  
non audent. At qui in omnium grassantur perniciem. potentissimi vigent tiranni. ful-  
get peruersus in solio iudicarie potestatis. et cuncta ei virtutis instrumenta sordescunt.  
miser macerque fenerator infinitam auget pecuniam. at qui cuncta vellet largiri. te-  
nuiasse viuit in gloriam. matrone relicta grauitate in luxus meretrices resoluuntur  
et sanctum Joseph mulier emula castitatis ad hec persequitur. At quid frustra multa  
a cōmemorem. Recessit lex a sacerdotib. a principibus iusticia. cōsilii seniorib.  
a populo fides. amor a parentibus. a subditis reuerentia. charitas a prelatis religio  
a monachis. a iuuenibus honestas. disciplina a clericis. a magistris doctrina. stu-  
dium a scolarib. a iudicibus equitas. protectio a militib. a ciuib. concordia  
timor a seruitorib. a rusticis communitas. veritas a mercatorib. a nobilib. virtus.  
castitas a virginibus. a viduis humilitas. dilectio a coniugatis. a pauperib. patientia.  
Ita agimus precipites per antra criminū et mudi aream tetra caligine ce-  
ci oberramus. Infidus rerum mortalium status et sine te deus bone calamitosus  
omne quod viuimus. Ecce si virtute conspicui et moribus. fide. sapientia. religione.  
castitate. ceterisque animi dotib. clari. quos per paucos hec nostra fert etas. reprobo-  
rum comparatione. tollantur et medio. quid nisi caligo inuolens. plurima mortis  
imago et tenebre densissime relinquitur. Tempora o mores tempora turbatissima  
tempora calamitosa. Mores reprobi. mores pditi. et cleri et populi. Tempus de quo  
tandem dicetur. Venit summa dies et ineluctabile tempus. Tempus in quo iuxtae  
tustum prophete vaticinū. Omne caput languidum et omne cor merens. a planta  
pedis usque ad verticem. non est in eo nulla sanitas. Profecto caput omne. omnisque ver-  
tex. superbia languet. Et omne a maiori usque ad minorem meret auaricia. Horde  
scit luxuria planta vniuersa. ita ut in omni statu gradu et ordine non sit vlla sanitas  
sed vulnus et liuor et plaga tumens. At qui hodie vulnus lascivie. castitatis fascia  
circulat. est nullus et nemo. Qui paupertatis medicamine. auaricie liuorem curet.  
est nullus et nemo. Qui tumentem plagam fastus et superbie foueat humilitatis em-  
plastro. est nullus et nemo. En feda luxuries quo non penetrauit quo non irrupit et  
regum scandit purpuram. sed nego medici preterit ipsa togam. Naufragium dulce.  
leue pondus. grata caribdis. Auaricie virus quos non inquinat. quos non tenet in-  
fectos. nec plebeum transiit vulgus. nec clero et superioris ordinis hominib. parcit.  
**I**n quibus ipsis tanto detestabilius est viciū. quo facultates ecclesiārum pauperum  
patronia certo noscuntur et sacrilega eis crudelitate subtrahitur. quicquid sibi mi-  
nistri et dispensatores. non domini. non possessores ultra victimū subripiunt et vesti-  
tum. Detinere denum superbie adeo inualut malum totum per orbem ut mirabile  
dictu cogitatu sit. homini mortali. vnde iste fastus. ista arrogantia. cuius est erū-  
nosa nativitas cuius vitam laboriosa penalitas concludit. cuius penalitatem pe-  
naliors cūctis mortis demolitur necessitas. cui etiam momentū est carnis gaudium.  
vita naufragii. mūdus exiliū. cui p̄trea vita aut abest aut spondet absentiam. mors  
aut instat. aut ineuitabile p̄nitiam minatur. Hinc ergo o patres mundo vniuerso in  
maligno posito. dei amore nullo discrimine vndiq̄ extinto. cūctis ab sue primeue  
institutionis origine mirandū in modū degeneratib. Unū clades tante. tot calimita-  
tes. tot plague in populo xpiano. pestes. fames. bella. interna et externa. ex superioribus  
facile cognitu. Profecto iustissima censura pater ille p̄tentissimus atq̄ rector mudi  
victor et q̄dissimus deus. peccatis nostris eti gētib. regnare facit sup nos ipocritas. q̄  
videlicet solo nomine pastor et q̄ tutor titulis gloriatur. re autē vera idola potius  
sunt et simulachra eorum quorum officia p̄ferunt. p̄mittitq̄ ut p̄cutiat nos nonūq̄ leo de  
silua. lupus ad vesperā vasset nos. pardus vigilat sup ciuitatec ecclie. furetur dor-  
mientib. pastorib. atq̄ tutoribus et loca et gentem. abducat p̄ yoto. mactet. et perdat.

Quippe nemine resistente. dissimulantibz vniuersis. idcirco etiā digna dei sententia effusa est. p̄tentio sup̄ principes n̄os ita vt errant in iniūo et nō in via. Nam versi in semetip̄os atroces enses quos in pfidoz. iugulis deo cōsecreare debuerant. p̄prio sanguine immanissime et crudelissime sedat. Quasi ideo accincti sint gladiis vt chri stianum et fraternū semp̄ effundant sanguinē ac implacabiles lites. p̄peteq̄ discor dias inter se soueant. et nō potius ad vindictā malefactoz. laudem vero bonoz. ecclie pacem atq̄ tutelam. Attendite queso o reges et principes. Nam ad vos deinceps sermo iste meus hortatorius. Animaduertite tandem quantū potuisset dudu possetq̄ bodie recuperari. de amissis locis et ecclesie subtractis per thurcos. terre pe lagisq̄ hoc sanguinc quem crudeles manus vestre vel dominandi libidine vel crus delitate vlciscendi vel nocendi cupiditate vel feritate rebellandi. interim fuderunt funduntq̄ incessanter. Nec enim aliud quidpiam inter vos bella suscitat vt in plurimum aut lites mouet guerrasq̄ nisi aut irrationalis iracundie motus aut appetitus inanis glorie aut terrene possessionis ardor. Et certe vt ipsi nostis. talibz ex cau sis neḡ occidere. neq̄ occumbere tutum est. sed ad prime periculorum. At vero christi milites qui cōtra infideles arma sumunt q̄s secure q̄s sancte. prelia dñi sui et spon se eius ecclesie prelian̄. quibz metuendū nequaq̄ sit. aut de hostiū cede peccati. aut de sua nece periculum quandoquidē mors pro christo vel ferenda sit vel. Inferenda Miles inquam talis et securus interimit et interit securior. quia et sibi prestat obse quium cum interit et christo cū interimit. neq̄ dum occidit malefactorē. homicida. sed vt ita dixerim malicida et plane vindex ac defensor reputatur christianoz. In morte enī pagani christiani merito gloriatur. q̄r christus glorificatur. Redite ergo ad cor o christiane religionis tutores. duces fidelis populi. custodes dñici gregis. Ex p̄giscimini queso euigilate animo: intelligite et eruditimini qui iudicatis terram. Et si fortassis fracti qualibet desperatōne (qd̄ deus auertat) aut alia difficultate vetera illa sancte terre hierosolimitane. que deplango damna. refartire impossibile arbitramini (quancq̄ nō sit impossibile apud dñi). si modo boni emulatores et sua rum vltors inuriarz. atq̄ blasphemiarz. esletis) noua saltē in dies et vicina mala q̄ relique pti atq̄ christiane nostre reipublice inferuntur. ardentius cordi accipite. pulsate studiosius. neq̄ semp̄ negligenda putaueritis ad eius usq̄ vltimā intermissionem. Videris christianissimi principes. quo deuentū sit. in quē oceanī angulū detrusa sit pridem ipsa ecclesia. Ex q̄s lata in q̄s angustam euaserit. paucis emensis annis. scitum est vobis. Nec ignoratis quo iam in portu cōsistat. Sed quorūm ferorū. Quid verbis frustra nitor? Ut ad sup̄iora redeam. ad instituti sc̄z mei finem principalem (a quo: quo nescio zelo longius euctus sum)

Ad vos o serenissimi reges et principes. Ad vos quoslibet secularium dignitatum magnificos administratores. hec vna petitiuncula mea dirigif. hec mibi supplex ad vos depeccatio. vt maiorū vroz. videre annal̄a: dignas memoratu historias relegere. reuoluere fortia facta patrū. nō grauemini. karoli videlicz quondā magni et christianissimi impatoris. qui circa annos dñi Octingentos et duos. vocatus a patriarcha Hierosolimitano et ab impatore Constantinopolitano rogatus cū exercitu copiosissimo veniens Hierosolymā recuperauit. et terram sanctā vniuersam de manibz infidelium eripuit. Hispaniā quoq̄ totam p̄domuit. habens secum reges et duces. comites et milites. omnes glorioſis militie p̄conis insignes Inter quos tñ Rolandus comes Lenomānensis miles strenuissimus. in rebus bellicis pre certis clarior resulſit. vir diuia memoria dignus qui mortis sacre cōpendio ibidem victoriosē triūphans: vitam haud dubiū possidet beatā. celosq̄ petuit sanguine laureatus. Itemq̄ gesta infatigabilis viri et illustrissimi ducis lothringie Botfredi de bullion cognominati. mente recogitate. quo duce iterū circa annos gratie Mil lenonaginta nonem Hierusalē eruta fuit. et ditioni thurcorz subtracta qui eam ante ceperant et tenuerant p̄ annos circiter centū vel paulo plus. Hic dux p̄pter eximias suas et pene diuinās virtutes. resq̄ militares optime gestas. primus oīm voto

et consensu factus est rex Hierosolimitanus. in quo regno septem successive reges christiani p octo ginta octo annos fuerunt. Deficientibus tandem auxiliis occidentaliis regionis post diutinos ludores acerrimas et assiduas pugnas cum hostibus atque plurimas pessimas calamitates propter continuos assaultus et incurios hostiles. vel victualium penuria Hierusalē iterum a thurcio capta est. Anno scz dñi. D.c.lxxvij. die secunda Octobris. Sub octavo rege christiano ibidem Guidone. Ac a sarracenis ex his in hodiernū tps possessa. Erinebat autem in dicto exercitu incliti ducis Gottfrēdi. magnifici fratres eius Eustachius et Baldwinus. Anselm⁹ de ribo monte. Bonamundus dux Apuliae. Hugo magn⁹ frater Philippi regis francoꝝ. Baldwinus comes montensis. Robertus comes flandrensis. Stephanus comes blesensis. &c. Atque ut ait Guillelmus nunc tot gentes in una coire summā vise sunt. Opinionē boīi numerus vincebat. Quis estimareſ. sexages centū milia. qui oēs Hierosolymam pgebant. loca sancta de potestate pfidorum virtute magna tollentes. sub duce pdcito Gottredo. Preterea memoria dignū est quō anno mor sequenti. id est. D.c.lxxvij. post generale pculū. parisiis celebratū. ingens militū et peditū multitudo cruce lignat. ac de diversis partibꝫ p mare p terras loca adeunt transmarina. Et paulo post rex francoꝝ Philippus. et rex Anglie Richardus infinito agmine et incredibili apparatu ac pceribꝫ pene vniuersis. ducibus. comitibꝫ. baronibus. militibꝫ. archiepis et episcopis q̄ pluribꝫ. mare intrant et oēs qui in militia alicuius habebantur noīs iter arripiunt. tantā aliquā fuisse motionē populoꝝ nulla meminit. etas. historia refert nulla. Nam et Fredericus Impator primus huius noīs cum filio suo Henrico et vniuerso exercitu cruce signati. eodē tpe trās mare abeūt. vbi et idem impator post multa gloriose in penitentiā patrata. fluuiū quendā transiens ac equo cadens. virg⁹ extractus paulopost dīe clausit extremū. Multa sequentibꝫ annis p reges et principes diversos. duces q̄z Hauearie et austrie vna cū nobili militia tenthonum in trib⁹ illis gloriose facta sunt que longū numis esset p singula explicari. Laudandi pfecto sunt viri isti. in benefactis et generatōibꝫ suis. et ppetuis preconiis digni a posteris habendi. quippe qui fide deuotōne et zelo magno in dñi in q̄z terras illas sacratissimas moti. dolentes loca eadē a gentibꝫ pphanari. atque salvatoris nostri iniuriā. populicꝝ christiani obprobriū nō ferentes. militiā suā christianam immo fidei pstantiā et feruorē in hostes crucis. cōserti fortiter et strenue manibꝫ. fusis immissis ac validissimis inimicoꝝ copijs pbe/egregie/eximieqz comprobarunt. nec antea cessauerūt q̄z glorioſas illas terras e manibꝫ infidelium creptas instar robustissimoꝝ quondā et religiosissimoꝝ machabiorꝝ. occisis pfidiis aut pfligatis. in christiane reipublice denuo. vel redere ditionē vel saltem conabantur. At qz in suis corpibꝫ immania pculerunt tormenta. plurimi ex eis p christi nomine mortui. Ideo pcpere meruerūt omni pculdubio immarcessibile eterne glorie corona. Eoz ergo o reges et principes. successores et heredes in dignitatibꝫ et bonis: virtutū quoqz imitatores in moribꝫ estote. Atqz dum eoz feruīdā fidem/religionē eximiam/invictissimos animos/prestantissimāqz ac celeberrimā in dñi et ecclesiam sanctam: eius sponsam deuotionē interlegendū recolitis. Vos qz ab eoꝫ institutis haud degenerare/rebo et factis cōprobate/quoz fati sanguine: et stirpe sancta pgeniti estis. Quidē nō est hodie vt ppheta asserit: abbreviata man⁹ dñi vt nō possit nos salvare a pfidiis: siue in multis siue in paucis. Deniqz feruor fidei in populo christiano nō om̄iquaqz est extinctus. Consilii pterea vobis deest minime/ s̄z neqz milites neqz arma deficiunt: neqz deerūt sumptus. Quis enī fidelium nō pcurreret vel reb⁹ vel corpe ad illoꝫ grauissimorū inimicoꝝ nostrorū exterminationē. qui nil aliud q̄z sanguinem n̄m situnt: nec eo vñqz satiantur. qn tam cōmunitis omnū vocat necessitas qn tam publice totius ecclie ad id hortantur erumne et miserie: quib⁹ nisi occurrat: nec vivere nobis tutum erit in occidentis angulo extremo. Si modo fides nobis esset zelus q̄z dei. plurime essent ad manū copie. diuitie apud plerosqz nō parue. multo iam studio et tpe congregate. que in talem expeditionem: s̄z q̄z summorum

ordinatōne capitum in diceretur. haud dubiū. deo suoꝝ corda tangente aīo ꝑmpto erogarentur. Res deniqꝝ militaris in ecclesia dei in p̄sentiaꝝ ad prime flore et vigetqꝝ. Nam studiosissime (cameti) vanissime plerūqꝝ militiā milites exercent. Arma resplē dent tum mirifica tum terrifica valde: seculo inuisa priori. Sed et fortis auxiliarij de p̄plo christiano. oēs scz voluntarij in lege vobis n̄l dubiū adderent. O christia n̄issimi p̄incipes: si tm̄ pace data. ꝑpositis piculosis lictibus v̄fis. firmatis treugis. rebusqꝝ in ordinē ꝑ eos quoꝝ interesseret dispositis. pari voto. cōsensu v̄nanimi. eo demqꝝ decreto. ad humiles et supplices ac frequentes ecclesie et capitū: summoꝝ v̄d delicet pontificū aut imperator̄ hortatus. sinceros. fideles. et paratos v̄rē matris defensores vos exhiberetis. Quo nam pacto. quo alio modo. fidem obedientiā et devotionem vestrā: sanctius ac fructuosius vtiliusqꝝ: aliter demonstrabitis vñqꝝ. An forte saus officijs vestris factū putatis: qz illa p̄bbita tornementa. cruenta spectacula. sumptuosa tyrocinia. atqꝝ tum animabz tum corporibz piculosa. tanto cre et studio innanū frequentatis et amatis. Quis oro vobis inde honos? que vtilitas: tantis militare laboribz et sumptibz: stipendij vero nullis. nisi aut mortis aut criminis. Operitis equos sericis et pendulos nescio quos pannos loricis supinduitis. depingitis bastas. clipeos et sellas. frena et calcaria auro argento circuornatis. et cū tanta pompa pudendo furore ad mortē sepe p̄peratis. Quantū sibi stdij ex huiuscemodi v̄fis supbis supfluisqꝝ apparatibz quos in vanitates et insanias falsas impendit: in infidelium castigationē p̄ferretur: si in eum sanctū vsum conuerteretis. Hec et alia similia multa: ipi vos p̄ vestra prudentia: queso altius pensate. et militiam vestrā. gloriatqꝝ militare. atqꝝ principale magnificentiā: in dei potius laude/vestram salutē et glorie cumulū/ecclesie tuitionē: p̄fidoz v̄ndictaz exercete. id longe maiori vobis fame erit vestrisqꝝ honori in euum. et memoriale phenne. id noīa celebrabit vestra in generalēs seculoꝝ. id indubitatqꝝ v̄fis pariet afferetqꝝ animabz coronam in celis. quam reddet vobis dñs in die illa nouissima iustus iudex. pro quo adeo zelatis ut omnē corporz cruciatū eius p̄ amore proqz fide in vltionē blasphemorum subire nō formideris. Verum nō essent quidē necandi etiam ipi infideles: aut occidendi: si quo modo aliter possent a nimia infestatōne vel oppressionē fideliū cohiberi. Hunc autē multo melius est ut occidant: dum nos pdere incessanter et iugulare querunt studentqꝝ. qz relinquatur virga peccatoꝝ sup sorte iustoꝝ: ne forte extendant iusti ad iniquitatē manus suas. Dissipentur gentes que bella volūt. Abscidantur qui nos p̄turbāt: qui loca n̄r̄a occupant. qui fratres nostros dura detinēt servitute et opprimūt vehementer. aut crudeliter occidunt. nosqꝝ oēs delere de sub celo si possent: sup cuncta desiderabilia gratissimū haberent. Exerceatur vterqꝝ gladius fideliū: in ceruices tantoꝝ inimicorū nostrorū. ad destruendā omnē altitudinē extollentem se: aduersus deū nostrū et eius sponsam ecclesiā matrē nostrā. nē qñ dicant gentes: vbi est deus eoz. Insurgit in eos oī fideles ecclesie tutores et filii. Irruit in hostes christi et christiani noīis. debachemini in eos. debitā acrimonia exercete. redidite eis in capita sua sicut nobis ipi sepenumero fecerunt. Forti aīo estote magnocqꝝ. Viriliter agite et cōfortetur cor vestrū: oēs qui speratis in dño: qm̄ ipē erit vobiscū tangqꝝ bellator fortis: et cōteret inimicos suos et v̄fos. ante faciē vestrā. Dementote mirabilū eius que fecit pharaoni et exercitui eius in mari rubro. sed et terribiliū iudiciorum suorū a seculo in nationes prauas et pueras. quibz vindicans vindicauit in illas: suos sp̄ de angustiis liberans et saluans. Qui est in secula bñdictus Amē.

**S**equitur viſio quedam horribilis. ostensa Karolo quondā Imperatori qui calmus cognoscatur. et quartus post karolum magnum imperiū gubernauit. bonis respectibz hic inserta.

**E**nōte dei summi regis regū. Ego Karolus imperator dei dono rex germanorum et patricius romanorū. atqꝝ imperator francoꝝ. Sacra nocte diei dñice

post celebratum nocturnarum horarum diuinum officium: dum irem repausare et  
vellem somnum capere venit vox ad me terribiliter dicens. Karole exierat a te spiritus  
tuus modo in hora non modica. Statimque fui raptus in spiritu, et qui me sustulit  
erat candidissimus: tenens in manu sua glomerem lineum/clarissimum: iubar lumi-  
nis emitente: sicut solent comete facere. quoniam apparent. Lepique illum dissoluere et di-  
xit ad me. Accipe filium glomeris micantis et liga et noda firmiter in pollice tue ma-  
nus dextere quia per illum duceris in laborintreas infernoz penas. Hoc dicto pces-  
sit me velociter: distorquens filum lucis filii glomeris: duxitque in profundissimas val-  
les igneas. que erant plene puto ardenteribus: pice et sulphure: plumbo et cera et adipe.  
Ibi inueni pontifices patris mei et auunculorum meorum. Quos cum pauens interro-  
garem cur tam grauia patarentur tormenta? Responderunt. fuimus episcopi patris  
tui et auunculorum tuorum et dum debuimus illos et populum illorum de pace et concordia  
admonere: seminauimus discordias/et finimus incentores malorum. ideo nunc incen-  
dium in istis tartareis supplicijs patimur: et nos et alii homicidiorum et rapinarum ama-  
tores. Huc et tui episcopi et satellites venient qui similiter amant nunc facere. Et dum hec  
tremebundus auscultare: ecce nigerrimi demones aduolantes cum vincis igneis vo-  
lebant apprehendere filium glomeris quem in manu tenebam et ad se trahere. Sed reuer-  
berantibus radibus illius glomeris non valebant illum attingere. deinde post tergum me-  
um currentes. voluerunt me aduncare. et in ipsis puto sulphureos precipitare. sed  
duktor meus qui portabat glomerem: iactauit super scapulas meas filum glomeris: et  
duplicauit illum: et traxit me post se fortiter. Sicque ascendimus super montes igneos al-  
tissimos: de quibus oriebant paludes et flumina feruientia et omnia metallorum genera  
bullientia. ubi repperi innumeras animas hominum et principum patris mei/ et fratum me-  
orum: precipitatas alias versus ad capillos: alias versus ad mentem: alias versus ad umbilicum  
et clamauerunt ad me eingulando. Num viximus amauimus tecum et cum patre tuo  
et cum fratribus tuis et cum auunculis tuis facere prelia et homicidia/ et rapinas/ p-  
cupiditate terrena. ideo intra ista bullientia flumina et metallorum diuersa genera tor-  
quentur. At cum ad hec timidus accederem: audiui retro me alias clamare. Potentes po-  
tentia tormenta patientur. Et respexi et vidi super ripas fluminis bullientis fornaces  
piceas et sulphureas plenas magnis draconibus et scorionibus et serpentibus diuersi ge-  
neris. ubi et vidi aliquos patris mei principes et fratrum meorum et auunculorum meorum:  
dicentes mihi. Deu nobis karole. vides quod grauia habemus tormenta propter cupiditas  
malitia et superbiam et mala consilia que regib[us] nostris et tibi dedimus propter cupiditas  
tem. Tunc dolendo congemiscerem: accurrerunt ad me dracones: apertis faucibus/ple-  
nis igne sulphure et pice: volentes me in glutire. At duktor meus triplicauit super me  
filium. a cuius radiis claritatis superata sunt ora eorum ignea: et prætraxit me validius. et de-  
scendimus in unam vallem que erat ex una parte tenebrosa et ardens velut clibanus  
ignis. Ex altera vero parte amoenissima et splendidissima ut nulla ratione dicere  
valeam. Verti me contra tenebras et flaminuomam partem: vidique ibi aliquos reges  
de meo genere in magnis supplicijs. Et tunc nimis angustiatus putauit me statim in  
illis supplicijs demergendus a gigantibus nigerrimis qui ipsam vallem conflamabant  
generibus ignis. et valde tremens: glomeris filo illuminante oculos meos: vidi e la-  
tere vallis paulisper albescere fumum ibique duos fontes fluere. unus erat nimium cali-  
dus alter vero clarus et tepidus: et erant ibi duo dolia. Tunc illuc irem filo glo-  
meris regente gressus meos: intentus super unum dolium ubi erat seruens aqua. vidi ibi  
patrem meum Ludouicum stare: versus ad femora. Et dum essem nimis dolore aggra-  
tus: et angore percussus dixit. Domine meus karole noli timere. Scio quod reuertetur rur-  
sus spiritus tuus ad corpus tuum. et permisit te deus hic venire ut videres propter que  
peccata ego et oes quae vidi tali toleramus supplicia. uno enim die sum in isto seruen-  
tis dolij balneo: et altero die transmittor in alio isto suauissimo aque dolio. et hoc fit  
precibus sancti Petri atque Remigii. cuius patrocinij hactenus genus nostrum regale  
regnauit. At si mibi subuenieris circa: tu et mei episcopi et abbates et cordo ecclesiasticus

missis et oblationibus et orationibus et psalmodijs vigilis et elemosynis: velociter  
liberabor de isto aque bullientis dolio. Nam frater meus Lotharius et eius filius  
Ludouicus: sancti Petri sancti remigii p̄cib⁹ iā exempti sunt de istis penis: et iam  
ducti in paradisi gaudium. Dixitq; ad me Karole respice sinistrorum. respexi et vi-  
di duo dolia bullientia altissima. Ita inquit tibi sunt p̄parata: nisi te emendaueris  
et penitentia egeris de tuis nebandis delictis. Tunc cepi grauiter horrere. Cernes  
aut̄ duxor meus me in tanto paurore. dixit ad me. sequere me ad dexteram luculen-  
tissime vallis paradisi. Et cum graderemur p̄templatus sum in ingenti claritate se-  
dere cum gloriois regib⁹ lotharii auunculū meū sup lapidem thopaziū mire ma-  
gnitudinis: coronatū diadema precioso. et iuxta eum filiū eius ludouicū similiter  
coronatū. Videntq; me: comiter accersuit blanda voce dicens. Karole successor me-  
us: nunc tertius in impio romanorū. veni ad me. Scio q; p̄ penalem locum venisti  
vbi est pater tuus frater meus in termis sibi destinatis positus: sed p̄ misericordiam  
dei citissime de illis penis liberabitur. sicuti ⁊ nos liberati sumus meritis sancti Pe-  
tri et precib⁹ sancti remigii. cui deus magnū apostolatū dedit sup reges et sup gen-  
tes francoz. Qui nisi quisquilijs p̄paganis nostre suffragatus fuerit: iam desinet ge-  
nealogia nostra regnare et imperare. vnde scio quoniā tolletur cito potestas impe-  
rii de manu tua. et postea parvissimo viues tpe. Tunc cōuersus cōtra me ludouicus  
eius filius dixit mihi. Imperiū qd̄ hactenus tenuisti iure hereditario: debet suscipe  
ludouicus filius filie mee. Et hoc dicto visum est mihi affore in p̄sentiarū ludoui-  
cum infantulū. Tunc intuens eum lotharius dicit mihi. talis videtur esse infans  
qualis ille puer fuit quē statuit dñs in medio discipulorū et dixit. Talium enim est re-  
gnum celoz. Tu vero red de illi potestatez imperij: p̄ filium glomeris quod in manu  
tenes. Disnodans ergo filiū de pollice dextre mee donabam illi. monarchiam omnē  
imperi per filiū glomeris. statimq; ipm glomus fulgidū sicut iubar solis coadunat-  
um est totū in manu eius. Hicq; post hoc factū mirabile reuersus est spiritus me-  
us in corpus meum valde fessus et conterritus.

Prima huius operis pars finit.

**I**n secundam peregrinationē ab Hieru-  
salem per solitudinem in montem Synai ad  
sanctam Catharinam p̄fatio cōmendatitia  
incipit feliciter.

**W**isquis veteris testamenti sa-  
cras legit historias et penitentiam p̄sertim atq; Iosue volumen  
crebro renoluit: haud poterit ignorare neq; ammirari satis: ma-  
gnificentia glorie sanctitatis dei. et mirabilia opera eius. virtutez  
q; terribiliū suorū: memorā deniq; abundantie suavitatis eius.  
q; omnib⁹ deus ipse cūtīpotens desertū illud innū ⁊ vastam  
solitudinem: in qua erat serpens flatu adurens. Dipsas et Hor-  
pio: atq; plurima mortis imago: illustrauit. magnificauitq; dum filios israel in ter-  
ram quā iurauerat patribo eoꝝ Abrahā Isaac et Jacob: p̄ longissimos vie circū-  
tus introduxit. in mansionib⁹ quadraginta duab⁹. p̄cedens eos in columnā ignis  
p̄ noctē: et in colorem nubis p̄ diē. panē q; de celo p̄stans eis omne delectamentū et  
l. iii

omnem saporē suavitatis in se habentem. Nam et petram percussit in deserto **Syn**  
na: et fluxerunt aquae in abundantia: ita ut homines biberent et iumenta. Pars enim dñi  
populus eius: iacob funiculus hereditatis eius. Inuenit eum in terra deserta in lo-  
co hororis et vaste solitudinis. Circūdixit eum et docuit et custodiuit quasi pu-  
pillam oculi sui. Sicut aquila puocans ad volandum pullos suos. et super eos vo-  
litans. Expandit alas suas et assumpit eum atq; portauit in humeris suis. Huius-  
modi sive rebus late satis sacre pagine loquunt. Que etiam luce clari ostendunt quā-  
ta mons ipse **Syn**na p̄fulget dignitate et gloria ob multipharia dei magnalia in eo  
et circa illum exhibita. quanta deniq; sacra pandat mysteria: quanta archana prese-  
ferat. Hiquidem **Syn**na mons est in Arabia. cuius pars quedam est orbe: in terra  
**Madian** constitutus. Dons pfecto preclarus et excelsus valde in regionib; illis:  
pascuolus et optimus ferat herbarum. Fuitq; abolim opinio populoꝝ ac fama p-  
uetusta (et quidem haud inanis) deum habitare in eo. Luius rei gratia et si mons  
ipse ad pascua esset egregius: nemo tamen in eo pecora pascere presumebat: nemo ei  
audebat propinquare. Moises vero cum ad interiora eius gregem minasset auden-  
tius: celebre illud vidit pdigium: ignem scz in gentem rubum cōburentem: viorem  
tamen eius vel florem depascentem minime: neq; deuastantē incendio vllatenus ra-  
mos illius: quanq; flamma vorax et vehemens nimis esset. De quo igne dominus  
mox ad moisen pperantem ut videret visionem hanc magnam: aiebat. Ne appropies  
inquit hoc: solue calciamētū de pedib; tuis. locus enī in quo stas terra sancta est rē  
Quo certe diuo testimonio mons ille satis superq; redditur cōmendatus. Proinde  
non tam ob sui magnitudinē atq; altitudinē scopulorūq; pceritatem **Syn**na mons  
sanctus hominib; inaccessibilis reddebat: q; ob cōmūnem omnium de eo estima-  
tionem q; locus dei esset tum terribilis tum venerabilis valde. Luius ut paulo am-  
plius innotescat maxima excellentia: subiecta sacris ex codicib; annotare operepre-  
cium duci. quo ea quam habemus in manib; pfectio: ab ipso tanq; termino ad que  
laudabiliost ostendatur: atq; plures eius trabantur in amore. Docet in primis **Eto**  
dus q; mense tertio egressionis de egypto filii israel in solitudinē hanc **Synai** ve-  
nerunt. et ibi multo consedentes tempore de moralibus/ ceremonialib; /iudicialib;  
pceptis: fuere imbuti. Nam profecti de Raphydim et puenientes usq; **Syn**na ibi ca-  
strametati sunt: ibi tentoria fixere et regione montis. Ibi Moises primū vocatus a  
deo de monte in mandatis accepit ut hec filiis israel annunciat. Nos inquit ipsi  
vidistis que fecerim egyptiis: quomodo portauerim vos sup alas aquilarꝝ et assum-  
pserim vos mihi. Si ergo audieritis vocem meā et custodieritis pactum meū: cri-  
tis mihi in peculiū de cunctis populis. Haec est enī omnis terra et vos eritis mihi  
regnum sacerdotale et gens sancta. Et deinceps vade inquit ad populu et sanctifi-  
ca illos hodie et cras: lauentq; vestimenta sua et sint parati in diem tertium. Die enī  
tercio descendet dominus coram omni plebe super montem **Synai**. Constituesq;  
terminos populo per circūlū et dices. Vauete ne ascendatis in montem nec tanga-  
tis fines illius. Omnis enim qui tetigerit montem morietur. manus non tangent  
eum sed lapidibus opprimetur: aut confodietur iaculis. Sine iumentum fuerit si-  
ne homo non viuet. Ad iussum igitur domini sanctificato populo tercius iam sup-  
uenerat dies et mane inclarerat. et ecce ceperunt audiri tonitrua: ac micare fulgura  
et nubes densissima operire montem. clangorq; buccine vebementius perstrepebat.  
et timuit populus qui erat in castris. Quis eduxisset eos Moises in occursum dei  
de loco castrorum: steterunt ad radices montis. Totus autem mons **Syn**na fuma-  
bat eo q; descendisset dominus super eum in igne et ascenderet fumus ex eo quasi de  
fornace. Eratq; mons omnis terribilis: et sonitus buccine paulatim crescebat in ma-  
ius et prolixius tendebatur. Moises loquebatur: et dominus respondebat ei. De-  
scenditq; dominus super montem **Synai** in ipso montis vertice. et vocauit Moi-  
sen in cacumen eius tradens ei decalogum/legemq;: et mandata populo explanan-  
da. Interea cūctus populus videbat voces/ et lampades: et sonum buccine monteq;

fumantem et perterriti ac paurore cōcussi steterunt procul. venit tandem moïses et narrauit plebi omnia verba domini atq; iudicia. **R**esponditq; cunctus populus una voce. **O**mnia verba domini que locutus est faciemus et erimus obedientes. **I**terum ascenderunt Moïses et Aaron Nadab et Abiu et sepmaginta de senioribus israel et viderunt deum israel et sub pedibus eius quasi opus lapidis saphiri et quasi celum cum serenu est. **V**iderunt deum et comederunt ac biberunt. **R**ursus autem dominus ad moïsen. **A**scende ad me in montem et esto ibi dabog tibi duas tabulas lapideas et legem ac manda ta que scripsi ut doceas filios israel. **T**unc ascendisset moïses operuit nubes montem et habitauit gloria dei super Synai tegens illum nube sec diebus. **S**eptimo autem die vocauit eum de medio caliginis. **E**rat autem species glorie domini quasi ignis ardens super verticem montis in conspectu filiorum israel. **I**ngressusq; moïses medium nebula ascendit in montem et fuit ibi quadraginta diebus et quadraginta noctibus. **D**uo in tempore videns populus q; morari ficeret descendendi de monte moïses. con gregatus aduersus aaron ait. **S**urge fac nobis deos qui nos precedant. moïsi enim huic viro qui nos eduxit de terra egypci ignoramus quid acciderit. **I**gitur aaron acceptis inauribus auricis a populo fecit opere fusorio. ritulum consolabilem quem adorantes atq; immolantes ei hostias dixerunt. **I**sti sunt dñi tui israel qui te eduxerunt de terra egypci. **P**ro quo reatu percussit dominus populu cesis ex eis milibus hominū nō paucis. **E**x quibus omnibus et his similibus liquido patet (ut in summa dicatur). nam plurima breuitatis gratia pterire necesse est. tametsi memoratu digna) q; apie brete mons ille mōs diuine habitatio appellat et angelice frequētationis. mons luminis et inflam mationis. mons nubis et caliginis. mōs pluiae et roris. mons pascue et refectōis. mōs sapientie et eruditionis. quia de illo monte dominus et populum instruebat et ei legem cōferebat. mons misericordie et promissionis. quia inde bona inaudita populo pmittebat. mons iusticie et communicationis. quia timorē insipientibus inferebat. **U**nde mons fuit fulguris et choruscationis. mons tube et clangoris. mons amicicie et confederatiōis. quia mediante lege populum ibidem sibi semperno federe vnebat. mons mundicie et puritatis. mons leticie et iocunditatis. quia nulli ad illum montem accedere potuerunt nisi qui mente et corpore mundi erant. illi etiam qui mundi erant coram domino cum leticia comedebant et bibebant. mons clementie et pietatis siue propiciatiois. mons sacrificij et orationis. nam ibi domino immolabant ac precibus moysi et supplicationib; deum sibi placatum et propicium audiebant. **E**t reliqua id genus multa. que si omnia ordine et numero suo euoluerem. nō modo ante diem clauso pponeret vesper olimpo. **S**ed et dies et anni me deficerent et plurima carta.

**D**uod reliquum est (tametsi superiora excellentia sint et maximā preferentia dignitatem) nō minime laude prestat. **Q**uinimum preclarū reddit montem illum et famosum perq; celebrem. q; videlicet diue et inlyte virginis et martyris Katherine sacros cines res et venerabile corpusculum per trecentos ferme annos suo habuit in vertice locata. membraq; virginea in eo manibus angelicis reposita. in monumento ab eisdem mirabiliter facto iuxta quod diu erdiu deuotissimas christi et cubias celebravere. **H**odie tamen in monasterio quod in eiusdez montis pede situm est insigni. in sarcophago cōseruatur. **A**lme eiusdem virginis et martyris quisquis deuotus amator fuerit et cultor. iter illud quāq; graue et laboriosum. facile estimabit p amore. superabitq;. **A**lam vero quis nō amaret quam Jesus eternus amor dilexit plurimum. eamq; adamauit. et exquisiuit a iuuentute sua sponsam sibi assumere. et amator factus est forme illius. **K**uisce nobilis et pulchre atq; prudentissime virginis Katherine claram originem. antiquā familiam. alti sanguinis dec̄ quo sata fuit. ypotē cui rex carne pater. reginaq; mater erat. atq; eterna fortune corporisq; bona que ille semper cōtempsit. ut hoc in loco obmittam transiāq; silentio. hac potissimum ratione q; iuxta gentilis poete sententiam. **N**on census nec clarum nomē auorum. sed probitas magnum ingenuumq; facit. **Q**uis eius eximiā vite sanctitatem. quis admirabilez cum christo eius a teneris annis disponitio-

**Q**uis inauditi sapientiam ab hoc feminis generare in plurimum alienam sufficienter describere poterit. Constat equidem neminemque fugit quod inter cuncta laudabilior mulierum preconia sapientia prestat, quia fallax gratia et vana est pulchritudo. sed mulier timens deum ipsa laudabitur. Timor autem domini initium sapientie. Et quoniam hac in re plures in historiis clare reperiuntur mulieres. Katherina tamen superreditur universas, ob id profecto per cunctis et veneranda et amanda. Dulce quidem sapientie studiis incubuere, multe celebres fuisse in ea, sed nulla katherine nostre comparatur ne diu perim equiparatur. Nec filie Tyri et Dionisii mater Tanaquil. Calpurnea. Lithorea Thiburtina, aut relique Sybille quarum est ampla laus in historiis, nec Lesbia sappho que tempore homeri in poesia claruit, a qua et saphicum carmen nomen accepit, nec Lentona que ex virgine maronis versibus contexit vitam christi passionem et resurrectio nem quam luculenter, nec Aurelia que et androgenes dicendi artis peritusima, que se accusatam egregie defendit. Nec Saya fromea lucis virginis oratione artis erudita, que multis patrocinio fuit in periculis. Nec Augeriona medicina doctissima quam rhomani plurimum venerantur. Taceo de reliquis videlicet Iside, que colere agros prima edocuit, et lini filatura et textura, quae inuenit litteras in egypto prima ipsa excogitauit, quanquam nympha carmine nicostrata nuncapata. Joni regis archadie filia secuta litteras ipsas latine traxit, et copulam earum ad inuicem adiunxit. Dinerua lanificium et texuram eius excogitauit. Item numeros cyfras et figuram algarismi eadem ipsa adiunxit, que et oculi usum repperit, curruumque et rororum militarii doctrinam fuit. Moema soror Abubal artificia reliqua dedit. Iheres dea terre terram colere seminare et metere docuit. Irenes cratini pictoris filia ipsum in illa arte excuperauit. Mardaria pharronis lapicidas et pictores omnes excessit, et Sopolim et Dionisium qui in ea arte prestabant, cuius quidem marcie adhuc sculpte et pictae imagines miro ingenio inueniuntur. Katherina omnibus preeminet, omnes sapientia antecellit, omnes scientia vincit et excupera, quam ipsa non tam litterarum acquisiuit studio et ingenio, quam desuper infusam accepit, habuitque (quod perratum est) gratissima eloquentia exornatam, qua etiam tales tantos mundi huius eruditissimos viros, disputando preferendos, non modo denicit et confutauit, sed et in stupore adduxit et extasim, atque in fidem viamque veram reduxit. Quos etiam ubi igni quidem adiudicatos inieccosque sed nec pilis aut vestibus lesos, iniustis vero corporibus, ad suspensa transmisit, ipsa post plurima supplicia gaudenter tolerata, ad decollandum tandem est ducta, ubi ad celum tendens oculos collum submittit gladio, oransque dat gloriam deo. Expecto inquiens pro te gladium Jesu rex bone. Tu meum colloca in paradisum spiritum et fac misericordiam: meam agentibus memoriam. Oratione finita vox de celis intonuit dicens. Veni electa mea intra thalamum sponsi tui, que postulas impetrasti, qui te laudant salvi sicut. Ita percussa gladio dat lac pro sanguine collo, quam manus angelica mox sepelivit vertice syna. Dembrisque virginis olei fluit ruda salubris. O vere virgo et martyr veneranda. O vere virginum gemma prefulgida. O vere sponsa regum gloriola. O vere uira christi hostia que sua venerantibus patrocinia impetrata haud denegat suffragia. Eius inquit memoria sacraque fauilla et si nulla alia essent quod mouerent Syna exornaret illustrarenturque, haud iniuria deuotos illac peregrinos suos amantes pertrahere posset. Sed iam ad alia mibi perrant, hec quod incognita sint nemini censui pretermittenda.

At vero monte illo sacro perlustrato quod extat iocundum scitu, visuque per pulchrum, in redditu famosum illum balsami orum in Dathera, ortum inquam conclusum, fontemque marie, fontemque signatum. Unde dictus ortus et nulla alia ex aqua irrigatur introirez perspicere, et inibi tum fructus eius delectabiles tum suauissimum odorem degustare. Venerare postac in Babyloniam egypti atque Abayrum urbem sarracenorum praestantissimam, maximam populosissimam, bonisque omnibus et opibus mundi huius refertissimam, ubi et coruus potentissimus resideret Soldanus. Date item rubrum accedere, inque eo basi ptisari exemplo veterum, illo precipue in loco quem filii israel sicco pertransiere pede.

**D**enuo paradiseo nobilissimo et secundissimo illo Nilo siue Gion fluui qui totam in e  
briat influitus egipci et germinare ea facit redditusq; fertilem per transito. tandem in anti  
quissimam olim claram descendere ciuitatem Alexandrinam nauigio iterum venitur  
venetas. et postremo in suam se quisq; recipiat peregrin? patria et edem. magnifice gra  
tias agens deo et virginis sacratissime Katherine. q; tali et tanto dignus habitus fuerit  
dono. post visitata scz loca illa multo sudore per varios casus per tot discrimina rerum  
Reuocare animu mestumq; mittere timore. Forsan et hec eni olim meminisse immabu.

**A**nteq; presente pegrinatione aggrediar describend. hanc ab re dixi pter  
mittendam formam contractus habui cum dnis de Hierusalem. super saluta guar  
dia nobis prestanda. saluoc; cōductu vscq; ad sanctam katherinam. et inde re  
ductu vscq; Chayrum. Eiusmodi autem contractus fieri debet q; stotius. ante  
scz recessum patroni et coperegrinorum. presentibus ipo patrono et patre Guardiano  
monasterij motia Syon. eo q; post patroni recessum et cōfratrum. pagani remanentes  
peregrinos pro voto et libitu suo circumuenientes angariarent in pecunia exoluenda.  
Igitur cōuenientes cum prefecto seu locum tenente Soldani in Hierusalem. qui tunc  
temporis existens. Rydon vocabas et maioris Calino. id est magistro hospitalis pere  
grinorum. qui et miles. cui nomen Sabathytanco. sub die. xvij. Iuli cum eis iniun  
mus cōtractum.

Item in primis saluum nobis pollicebatur prestare cōductum ab Hierusalem vscq; ad  
sanctam katherinam. et inde denuo vscq; Chayrum. q; g; ipse propria in persona et suis  
expensis ac sumptibus nos vellet comitari ab Hierusalem vscq; Bazeram.

Item q; de omnibus theloniis siue regalibus et exactionibus prestandis ab Hier  
usalem per viam illam vscq; Bazeram. ipse pro nobis de suis satisfaceret sumptibus et pe  
cunijs. Alioquin in eiusmodi solueridis peregrini a paganis valde grauarent.

Item q; ynicuq; peregrinorum pro equitatu asinum disponeret cum ductoribus eorum  
dem qui scz ductores mucreri ab ipsis appellati sibi ipsi et asinis suis ab Hierusalem vsc  
q; ad sanctam katherinam et inde denuo vscq; Chayrum de omnibus necessarijs vi  
ctualibus scz et pabulis et alijs huiusmodi prouiderent nisi forte sponte propria. peregrini  
eis quidpiam ministrarent.

Item q; omnes res nostras puta vestimenta et cibaria suis expensis deferri ficeret ab  
Hierusalem vscq; sepelictam ciuitatem Bazeram excepto solo vino. quod ipinos no  
stris sumptibus nobiscum ducebamus.

Item q; de camelis in prefata ciuitate nobis prouideret suis in expensis qui omnes  
res nostras portarent vscq; ad sanctam katherinam et inde denuo vscq; Chayrum. Delius  
enim valent camelii ad onera portanda per loca illa deserta q; asini ripose iumenta ro  
bustiora et laboribus aptiora q; asini.

Item q; nobis vnu de suis familiaribus deputaret qui nos loco sui comitaretur a Ba  
zera vscq; ad sanctam katherinam. et inde vscq; Chayrum. qui sic deputatus minor cali  
nus cognominatur. cui nos per viam illam de virtualibus prouideremus. iuxta condi  
gnum et fm merita eius.

Item q; cuilibet peregrinorum vtrent vnum disponeret pro aqua deuehenda per desertum.

Nam ad plures sepe dies nusq; aqua in via illa reperitur.

Item q; papilionem nobis siue parvuz tentorium disponeret. qd per stationes singulas

vbi liberet cōtra estum solis figere in locis desertis possemus.

Item q; quilibet nostru ipi pfecto siue trutzmanno pdicto pro saluo cōductu thelo  
nicis et oibus atq; singulis supra memoratis. xxiij. psolueret ducatos. medium quidem  
partem eiusdem summe in Hierusalē dans. reliqua vero in Bazeram postq; ibi de camelis  
et alijs supra tacis nobis pruidisset iuxta cōdictū et iuxta tenore cōventionis.

Item rotus ille cōtractus in scriptis redactus sigillis dñi de Hierusalē et maioris cali  
ni in cancellaria fuit signatus et munitus. et m vi fieri solet a paganis illis male serua  
tus. Exposuimus aut pro littera sic sigillata duos ducatos.

**I**d etiam diligenter est aduertendum q̄ peregrini qui ad sanctam volunt katherinam proficiisci si absq; aliorum confratrum suorum offensa qui redire et repatriare degreverint fieri potest. nō debent eis comitium prestare ab Hierusalem vsq; Joppen sive Iapha sicut aliquando peregrini facere cōsueuerunt. cōfratres suos vsq; ad galeas denuo ex amore cōducendo. Quod iccirco dissuadetur ne fiat. quia cum peregrini multis sepe afficiantur iniurijs et molestijs a paganis. cōtingit nonnunq; q̄ ipi se vlcisci et vīdica re querentes rbi possunt. anteq; in galeas reuertantur insultum aliquem faciunt paganos inuadendo et quādog; vulnerando rē. et ita cursim galeas intrando rē. **T**uus rei gratia ipi infideles se vlciscuntur in peregrinos remanentes. quandoq; etiam eos interficiendo. Unde cōsultius videtur q̄ remanentes peregrini rogatos faciant recedentes quatenus propter deum et eorum salutem patientiam seruent. et nusq; vtionem sumat de paganis. ne dum ipi recedentes enaserint. remanētes periclitentur ut sepenumero cōpertum est factum fuisse.

**T**e igitur. xxij Julij que erat festum sancte marie magdalene cōperegrini fratres nostri Hierosolymā excuntes ad galeas reuertebātur que in portu Jop pensi eorum redditum expectabant. Nos vero videlicet decē et octo ex omni illa multitudine. deuotione et desiderio affecti sanctam visitandi katherinam in monte Synai. aliaq; loca perlustrandi. remansimus Hierosolymis. xxiiij. diebus vehementer estum et intensum solis calorez metuentes. qui nos uer illud graue per de serum tunc arripere prohibebat. Illis autem diebus intermedjis crebro et sepenumero sancta visitauimus loca in Hierusalem et circumquaq;

**S**unt autem nomina eorum qui remanserunt et ad sanctam katherinā simul perrexerunt ista. Que vtinā atq; vtinā sint scripta in libro vite.

**D**ominus Johannes Comes de Holms dominus in Dyntzenberg. omnibus qui dēcē etate iunior. sed animo non minimus. et nobilitate nulli aliorum secundus. immo omnibus preclarior priorq;

**D**ominus Bernardus de Breidenbach tunc quidem Camerarius nunc vero etiam Decanus sacre metropolita. ecclesie Doguntineñ. huius operis auctor principalis

**D**ominus philippus de bicken miles.

**A**um his erat inter ceteros eorum familiares pictor ille artificiosus et subtilis Erhardus rervich de Traiecto inferiori qui omnia loca in hoc opere depicta docta manu effigiauit.

**D**ominus Maximinus cognomento simasmus de Roppelstein et dñs in Doinbeck.

**D**ominus Fernandus de mernarrebaro.

**D**ominus Laspar de bulach miles.

**D**ominus Georgius marx miles.

**D**ominus Nicolaus dictus maior in kurt miles. **A**um quibus preter alios cis seruientes. erant etiam duo fratres minores Paulus et Thomas multarum linguarum periti.

**D**ominus Henricus de scharvenberg miles.

**D**ominus Laspar de Sienli miles.

**D**ominus Sigismundus de marpbach miles.

**D**ominus Petrus velsch miles.

**D**ominus Johannes lazinus archidiaconus et canonicus ecclesie transilvaniensis in vngaria.

**P**ater Felix fabri de ordine predicatorum. sacre pageine lector Ulmensis et predicator egregius. qui etiam antea in sancta fuit terra multa expertus.

**O** Te itaq. xxiiij. Augusti. que erat festum sancti Bartholomei apostoli rebus omnibus per desertum nobis necessarijs dispositis: hora vesperarū sanctam exiūimus ciuitatem Hierosolymam. et cunctam ferentes suppellectilem nostram in asinis: in Bethlehem post solis peruenimus occasum In quantis autem fuerimus angustijs inter viam istam paruam faciendū propter insidias paganoꝝ et laborem habituꝝ cum vino quod nos duccebamus: silere maloꝝ recitare. bono respectu. Mansimus autem biduo in betbleem et omnia sancta visitauimus loca: de quibus supra mentio est facta.

Die autem illucescente. xxvij. Augusti exentes de bethleem inclinata iam die in veterem venimus ciuitatem Abraon. vbi etiā sancta accessimus loca: speluncam sc̄z duplīcē et agrum damascenum: et reliqua supra memorata. Presertim autem monasterium sancti Georgij quod greci monachi inhabitant intra iūmus. in quo et cathena est eiusdem martiris almi: habens anulos. xxix. quam sarraceni multum venerantur at circumponunt collis eorum qui a demonijs vexantur et freneticis qui ex eius contactu statim liberantur. quā et nos nostris apposuimus collis exemplo sarracenorum prouocati: qui itidem ante nos faciebant. Ilic prope vestigia equi sancti ipius Georgij manifeste et clare adhuc videntur terre impressa vbi quondā equitanū. de qua terra paululum asportauimus nobiscum.

In crastino vero id est. xxviij. Augusti mane ante lucē egressi tota ambulanī die usq; post solis occasum usq; ad locū quendā vbi inuenta solitaria et grandi quadā domo nocte eadē mansimus in illa. Ibi terminantur montana et incipit planicē fructifera satis amena. Faciendo iter illud transiū secus quoddā castelluz qd̄ ad sanctū Samuele nuncupat. Inde ad sinistrā est opidū sancti Abrahe dictū. vbi et hospitale quoddā est insigne sub ditione sarracenoꝝ ex quo omnib; aduentutib; et elemosynā potentib; quarūcunq; etiā nationū vel sectarū holō panis p̄betur et oleū cum aliquo pulmentario īc. Ibi p singulos dies mille ducenti panes coquuntur qui pauperib; erogantur. Expense autē que p annū in hmoi elemosynas ibidē fūnt ad. xxiij. milia ducatorū cōmuniter ascendunt.

Die altera id est. xxix. Augusti q̄ sūit decollatōis sancti Johannis. mane surgentes p̄fisccebamus in Hazerā ciuitatē et venimus ad eā paulopost meridiē: nec tñ intra uimus donec ad uesperasceret. p̄ silio ipius Trutzelmāni acquiescētes. qui id nobis dissuasit ne forte dñs eiusdē ciuitatis vina nobis surriperet ut sepe antea fecit peregrinis. Inter p̄gēndū illa die ad multas venim̄ cisternas ex qb; magno cū labore sarraceni baustas aq; porrigūt pegrinis p̄ter deū. Iuxta hāc ciuitatē Hazerā in ingressu fūculneā quandā vidim̄ mire magnitudinis: p̄sertim in latū. q̄ septies in anno p̄ducit fucus: et dicunt fucus pharaonis. Itaq; cū sol occidisset ingressi sumus ciuitatē cū sarcinulis nfis: et cū magna difficultate domū inuenim̄ in qua manere oportune possemus. Domus enī cōsidera peregrinoꝝ fuit nimis angusta pro tanta hominum et bestiarum multitudine capienda. Tandem in curiam quandam sor didam et plenam laterib; ex luto cōfectis detrusi: nocte illa et sequentib; omnib; dor miuimus sub diu in terra. Ibiq; mansimus. xij. diebus: tedium maximo: egritudini busq; grauibus affecti: quia malus aer est ibi. fallacijs quoq; dolis atq; fraudibus a Qalino nostro et alijs infidelib; multipharie fuimus circumuenti et vexati. de quibus longum esset scribere per singula. Est autem Hazerā ciuitas duplo maior et amplior in circumferentia q̄ Hierosolyma: sed impar ei in edificiorum structura. Et distat ad duo dumtaxat miliaria italica a mari. Eratq; quondā metropolis philistinorum Haza dicta. de qua habetur Judicum. xvi. q̄ Samson ibi ad mulierem ingressus quā adamauerat cum id p̄crebuisset apud philistīm: cōcūdederunt cum positis custodib; et insidijs: ut exēuntē mane occiderent. Sed samson nocte consurgens media: apprehendit ambas fortes porte cū postib; suis et sera. impositasq; humeris portauit ad verticē montis q̄ respicit hebron. Postea idē delusus p̄ dalilam quā adamauit que h̄abebat in valle soreb; captus. et erutis sibi oculis ductus fuit in

hanc ciuitatem ubi eum philistei vincitum catheris et clausum in carcere molere fecerunt. Tandem adductus coram principibz philistis et omni frequentia ut ludaret: inuocato deo suo apprehendit ambas columnas quibus domus omnis immiscebatur in qua agebant coniuia pro eius captione. Alteram dexteram alteram levam tenuens et concussit eas adeo fortiter quod domus cecidit super omnes principes et ceteram multitudinem que ibi erat. Nam de tecto et solario circiter tria milia hominum vestriusque sexus spectabant ludentem samson. Et ita multo plures interfecit moriens quam ante viuus occiderat. Domus autem illa templum dagon erat: cuius adhuc hodie ibi cernuntur ruine.

**D**ie tandem. ix. septembribz extra ciuitatem secessimus in campum ubi camelis stabant. xxiiij. nobis per trutzelmannum dispositi. qui et tunc a nobis recedens Hierosolimam repedabat. calino minori in locum suum subrogato. qui deinceps nos diceret reduceretq; iuxta condictum.

**D**ie vero. x. septembribz de campo illo nos mouentes: per planicies pressimis. habentes mare magnum ad dexteram: et terram sanctam ad sinistram. contra nos vero ad plagam meridionalem desertum magnum et vastam solitudinem in quam conuabamur. Peruenientes autem iuxta quandam villulam lebhem dictam: ad vnu milia re de Hazera. ibi nocte mansimus illa. propter infirmos nostros: qui lento gradu indebant fixisq; tentoriis discurrimus per regionem ad colligendum paucula ligna. Neque enim sunt illis in locis nisi arbustule aride: quas radicibus euellentes compotauimus in fomentum ignis per coctionem. Et quidem in loco illo puteus magnus et altus sed aquis vacuus. de quo dicunt beatas virginem cum puero iesu et ioseph dum in egyptum fugerent aquas hausisse et ibi pnoctasse.

**I**nde mane crastino id est. xi. septembribz surgentes transiimus per habulosam planiciem adeo spaciosem quod non vidimus eius finem nisi ab occidente ubi mari magno cingebatur. tandem in regionem quandam venimus: que lingua arabica Lazratha appellatur: sed latina Lades. Ibi in cliivo cuiusdam arenosi monticuli fixis tentoriis mansimus: dispersi iterum in regione per lignis colligendis ut prius. et afferebatur nobis aqua in vtribus a longe: que naufragie et abominationi nobis quod refrigerio magis erat. propter eius corruptionem in vtribus. Eadem nocte pluviis parvum habuimus: que tamen rarissima est in locis illis. Porro inter procedendum terra magis ac magis deserta fieri et hominibus inhabitabilis incipiebat. Nam et ipsa eadem die in verum venimus desertuz: in quo nunquam habitavit homo: nec moratus est filius hominis. ubi terra nec arari potest nec seri. per quam pregrediendo non villem/ non ciuitatem/ non oppidum/ immo nec domum: aut tugurium vidimus. non agros/ non vineas/ non ortos/ non arbores/ non nemora aut silvas: sed terram solis ardoribus adustam: sterilem penitus et infructuosam. torrentibus/ collibus/ et montibus abundantem: qui horroris speciem et mortis imaginem preseferunt. Vidimus sepius numero per desertum quasi sumum maximum quem ab ignibus ascenderemus: sed in dies experiebamur hunc pulueris et arene tenuis et subtilis que a vento mouebatur esse elevationem. Nam et inde plerique monticuli sunt et ubi hodie via est plana: cras monte collecto/ ex arena vi ventorum agitata: mons est et locus iniuius factus.

**I**ta pedetentum physicendo venimus. xij. die septembribz in locum dictum Hayon. ubi in torrente late de solo albissimo fiximus papilioes. nec alia nobis erat aqua nisi in vtribus corrupta. nec panes alii nisi paiximates siue biscoth. nec ligna per ignem nisi radices herbarum. et omnia que de Hazera recentia tulimus defecerant. Eodem sero arabes nostros vidimus subcinerios coquere panes.

**R**ursus die. xiiij. septembribz in torrente magnu incidiimus ab utroque latere montibus cinctu. que arabes noiant vadalar: ubi coloquintida in copia magna repperimus. Sequenti die quod fuit. xiiiij. septembribz vastiorē solitudinem quod heri et nudi stercus intra uiimus: ubi deinceps nec hoies nec bestias vidimus aut aues: nisi exaract strunctiones

qui morantur in deserto. venimusque inter altissima montana et sterilissima non nisi limpidissimis et abruptissimis petris coagulata. in loco arenoso magare dicto tentoria figentes montes vero pro sui singulari vastitate arabice gebelhelel nuncupantur.

Porro die. xv. in desertum rigidissimum et frigidissimum contra morem orientalium regionum venientes: mansimus in loco ubi gleba erat albissima et petra quasi creta. zebulum vero quasi calx postquam extinguit. et vocatur locus ille arabice mynischeue.

In crastino id est die. xvi. septembris processimus per regionem nimis rigidam et latissimam que contra orientem finem non habet quam eques transiens non potest in duobus mensibus venire (ut fereatur) ubi hominum sit habitatio. nec tamen illa inuenta finis est illius deserti. estimaturque a nonnullis quod sit pars torride zone que duret usque ad paradisum terrestrem. die illa in extremitatibus eius ambulantes venimus in alberock.

Die vero sequenti id est. xvii. septembris in mesmar ad radices montis eminentissimi quem nominant caleb qui artificialiter videbatur factus.

Inde recedentes die. xviii. septembris pambulata terra saluginis ubi ros/montes: valles/terra et arena instar salis sunt. venimus in torrentem quem aquosum dicebant sed non erat.

Die vero. xix. septembris in montana venimus quibus alonge vidimus montem dei Oreb: et Synai ad levam: ad dexteram vero mare rubrum. Nam distabant a nobis ad huc quattuor dies. Ibi facta collatim descendimus pedites propter proprias petras et saltus precipites: viam valde piculosam: et mansimus in loco qui dicitur Ramathym per diem unam et noctem propter infirmos: in cavernis suppenditibus petris latantes. nec erat ibi aqua nec arbores aut virgulea.

In crastino id est. xx. septembris diluculo surgentes montana asperima ingrediebamur: ubi nihil nisi arbores quedam valde spinose erant que tunc tapis florentes locum optimo replebat odore unde quasi recreabamur. Dicunt quidam de illis spinis dominicam coronam plexam fuisse. et ideo de illis assumptimus nobiscum. Porro montes illi et vtrique propter vallis non modo steriles erant sed petrosi et scopolosi supra modum mixtum coloris rubei et nigri et videbantur sara in solis refulgencia quasi essent oleo innuncta. Ibi grandem bestiam vidimus maiorem camelo: et asserebat calinus nosser eam esse unicornem. Ibi etiam pastorem prospexitus minante gregem per crepidinem montis quod mirabile fuit in oculis nostris: eo quod diu hominem non vidissimus aut bestiam salte domesticam. Aduersa scilicet die mansimus in loco dicto scholie.

Porro hos inter labores et viarum difficultas discrimina hanc solam meritis haud dubium beatissime virginis et martiris Katherine habuimus resolutionem per stellam quandam ceteris fulgentio: est post medium noctis semper in plaga vidimus exsurgere meridionali: quam stellam sancte Katherine appellant. Hec supra montem Synai stans viam nobis ante diem demonstrabat. et quicunque ab ea declinauimus viam nostra per longari habuimus indubitatum.

Tandem die. xxi. septembris contra meridiem vallem quandam ingressi montem sancti Synai cunctis eminentioribus montibus in vertice montium vidimus eleuatus. in cuius aspectu gauissimum ultra modum. verumque longe adducere nobis aberat. neque vlam particularē determinationē in eo cernere posuimus: sed dumtaxat molem ipsam vidimus sub obscuram. Porro cum sol iam ad occasum vergeret. venimus in locum dictum ab albarock et est planities magna: altis montibus vndeque cincta. signata a parte meridionali. et ibi tentoria fiximus et noctem egimus illam. Dicitur autem quod in illa planicie Moises custodiebat greges Ietro socii sui. Et vidimus in petra canaturam in qua dicitur ipse vir sanctus sedisse frequenter et dormisse. De illo enim loco totam poterat planiciem facile perspicere et creditum sibi gregem. Tres dendum est etiam per dominum et habitatio Ietro sacerdotis Hadrian et templum idoli sui non longe a campo illo distabat. Posuimus autem tentoria nostra contra viam que ducit inter altos montes per vallem ad interiora per quam Moises suos minabat gregem: et montem Synai per quam et nos transiugri in crastinū eramus.

**A**ltera die que est vicesima secunda septembris valde mane surgentes ad interiora deserti proficiscebamus per vallem abruptissimis petris clausam. et venimus ad aliam planiciem arenosam de ruffa arena sicut et montes rubei erant in regione illa. Erat autem planicies illa lata et vallis longa attingens radices sancti montis Synai et in hac valle creduntur filii israel habitasse et per tribus et familias suas tabernacula fixisse illo tempore quo moises cum domino in monte loquebatur. Vidiimus etiam locum eminentem supra petram in modum cathedre predicatorum. In quo dicitur moises legem postmodum promulgasse. Cum autem vallum illam ascenderemus adhuc erunt nobis multi arabes nobiscum ad locum ad quem festinauimus proferantes: nec aliquid a nobis exigerunt. Igitur cum ad radices altissimorum montium per latam vallum contra australi via faceremus: proutimus nos ad quandam vallem angustam et profundam saxis et asperam. eamque intrauimus lento gradu: eo quod via mala esset maiorem in modum. In processu vero monasterium ante nos habuimus sancte Catherine in radice montis Synai situm. ad cuius prospectum ingenti gaudio et ultra quod credi potest leticia magna fuimus affecti. Quoniam multis iam annis diebus domum vel habitatores homines non vidimus ullam. et nunc exceptum pridem nostrae peregrinationis terminum ad quem: sub oculis habebamus. Itaque monasterium ingressi. et a monachis charitatiue suscepimus cunctam uirgam suppelleatilium et sarcinas variueras ad cellas intulimus nobis assignatas. Postea ad audiendam missam in capellam festinauimus latronum eo quod nondum hora esset meridiana. Reliquam illius dicti partem in monasterio exegimus quieti operam necessariam indulgentes. Sed neque in crastino. id est. xxiiij. die septembris montes sanctos Oreb et Synai ascendere volebamus propter infirmos et valitudinarios: qui ex labore itineris nimirum adhuc erant fatigati.

**P**orro die. xxiiij. septembris ante lucem monasterium egressi. acceptis viciualibus que per biduum sufficerent montem sanctum Oreb ascendere conabamur. Longitudinem ergo nobis precepit fons ille viuus nobis mortui obuius fuit. qui ab inicio ibi miraculose emanauit: ex causa quam infra dicam. et precedentibus per montis crepidinem viam aspergimam atque oppido saxosam. venimus ad capellam que beate Marie titulo venerabilis habetur: in memoria subscripte rei quondam fundata. Quodam namque tempore serpentes/vipere/buffones/et alia animalia venenosa adeo in monasterio et per eius circumatum multiplicata increuerunt quod monachi hac necessitate compulsi locum penitus desere redecreuerunt. Ceteri comuni prius ordinata processione ipsi monachi montem sanctum ascendere et locis illis valedicere statuerunt anteaquam cum rebus suis inde migrarent. Quo facto cum in eum locum tristes mestiq; redissent ubi hodie dicta capella est sita: ecce virgo gloriosa mater domini dulcissima eis ne a loco tam sancto discederent precepit: securitateque pollicita morte disparuit. Monachi vero metuentes ne forte fantasma eis quod viderat: deum deuotius exorauerunt ut si vera fuisset apparatio id aliquo eis signo dato ostendere dignaretur. Post eis orantibus fons viuus de sub pedibus eorum emanans: ipsos maiorem in modum letificauit. qui usque hodie in giter scaturientibus ascendentibus modum illum suos descendenter multe est solatiorum. Sed et vermes venenosi non modo percul inde auferuerunt sed usque in hodiernum die nequeunt appropinquare loco eidem. Ab illo loco ascendentibus multo cum labore ad arcum venimus lapideum: qui ab uno lastere crepidinis usque in aliud tensus in modum porte curuat. Tertius didicimus narratione quod nullus iudeorum hanc potest ingredi portam. et hoc plurimes fertur probatum. Demum in summitate illius montis puenientes in quandam quae planicie deuenimus vni mons orebe sine altero cuiuscumque motu perglutinatus in altum erigebatur. Nam inferiores montes oes sibi coherent. In ipsius montis orebe pede capellam repperimus sancti helie. quam et per ostiolum quoddam ingressi sumus. Sunt autem tres capelle uno murorum ambitu clause et ostio uno. Prima est sancte Marine. secunda sancti helisei. tercias sancti helie. et in quilibet eorum est indulgentia septembris cum totide carens. In hunc locum zelosissimus ipse dominus vates helias se recepit: postquam memorabile illud regit facinus de confirmatione prophetarum baal et intersectio eorum qui erant numero quadringenti quinquaginta.

viri. quos conuictos et comprehensos duxit ad torrentem cyson. et ibi eos occidit ad  
vnum. ut diffusè habetur. iij. Regum. xviij. ca. Quo cōperto et cognito Jezabel ne-  
quissima mulier. dixit p nuncium ad heliam. hec faciant mihi dñi et hec addant nisi  
bac hora cras posuero animā tuā sicut aliam vnius ex illis. Timuit ergo helias et  
abiens in desertum piecit se subter vñā iuniperū: perivitqz anime sue ut moreretur.  
Cumqz obdormiuisset in vmbra iuniperi. Ecce angelus dñi tecum eum dixitqz illi.  
Surge et cōmede. Respergit et ecce ad caput suum subcinericius panis et vas aque.  
Comedit ergo et bibit: et rursus obdormiuit. Rursusqz angelus dñi scđo tecum eum dixitqz. Surge cōmede. grandis enī tibi restat via. Qui surgens comedit et bibit. et ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus et quadraginta no-  
ctibus usqz ad montē dei oreb. Cumqz venisset illuc mansit in spelunca illa de qua  
hic dicitur. et ecce sermo dñi ad eum dices. Quid hic agis helia? Ad ille respondit.  
Zelo zelatus sum. p dño exercituū. qd dereliquerūt pactū dñi filiū israel. Altaria tua  
destruxerūt: et pphas tuos occiderūt: et reliqz sum ego solus. et querūt aliam meā ut  
auferat eam. Ibi etiā in ostio spelunce stans vidit dñm in sibilo aure tenuis et ac-  
cepit ab eo in mandatis ut vngere. pphetaz p se heliseū filiū Saphat. ut habeat. iij.  
Regū. xix. ca. Ab hoc ergo loco sancto ppreceps ascendētes venimus ad grandem  
petrā de monte absclam que in viā fertur cecidisse dum helias in verticem montis  
ascendere vellet. significans ipm. ppheta in iudeā prius redire debere. et heliseum  
loco sui cōsecrare ut iam dictum est. Inde rursus in summitatē quandaz venimus  
montis eiusdē. vbi in petra voragine illam vidimus miraculose factā: in quā Dñi  
ses in silo dei se recepit dum posteriora eius vidit. Optauerat equidē videre faciē ei?  
dicens. si inneni gratiā coram te: ostende mihi gloriā tuā. ad quē deus. Ego inquit  
ostendam tibi om̄e bonū. Rursusqz nō poteris ait videre faciē meam: nō enī vi-  
debit me homo et viuet. ecce inquit est locus apud me et stabis sup petram: cumqz p-  
transibit gloria mea ponā te in foramen petre. et ptegam te dextera mea donec trā-  
am. tollamqz manū meā et videbis posteriora mea: faciē aut̄ meā videre nō poteris.  
ut habetur Exodi. xxiiij. In ipam voraginē licet artam et strictā in qua moïses tūc  
stetit recuruis: peregrini se immittere solent ex deuotōne. Inde in cacumen sanctissimi  
montis oreb puenimus. Ibi parua quedā et pulcra est edificata capella ferreo  
ostio firmiter clausa: statqz in eo loco vbi sanctus propheta Moïses decalogum in  
duabus tabulis lapideis digito dei exarata accepit. stans cum domino solus sup  
verticē montis Synai. de quo ita habetur Exodi. xxiiij. Ascendit moïses in mon-  
tem synai sicut ei preceperat deus. portans scđū duas tabulas quas presciderat in-  
star prior. Cumqz descendisset de monte Synai. tenebat duas tabulas testimonij. et igno-  
rabat q̄ cornuta esset facies sua ex psortio sermonis dei. qd videntes Aaron et filii  
israel: timuerunt ppe accedere. vnde et posuit velamen sup faciē suā qñ loquebatur ad  
eos: ut habetur ibidem. Vanc capellam aperiente nobis fratre qui de monasterio  
nobiscū ascenderat: discalciatus nudisqz pedibz p reverentia loci intrauimus. nosqz  
ut iustū erat deuotius pstrauimus in terrā. et locū illū in quo moïses legē de manu  
dñi accepit duobz signatū lapidibz reuerenter deosculahamur. Ad latus dicte capel-  
le spacio. xv. passuum est spelunca quā et ingressi sumus: in qua Moïses ieunauit:  
xl. dieb et. xl. noctibz ut legem dñi accipe mereretur. supra illā vero iam dictam spe-  
luncam est quedam muschkea ad quam quotidie confluent peregrini arabes et sar-  
raceni ob bonorem moïsi quem valde venerantur: asseruntqz magnū fuisse pphetaim

**G**randis insup est ibi cisterna bona continens aquam et frigidam atque sanam valde de qua dicunt moisen aqua haussisse. unde et fons moysi appellatur. per circuitum grandes ibi apparent muroz ruine. et credit ibi olim monasterium fuisse. Habet mons iste hoc singulare. quod rotundus sursum pretenditur. nec alijs montibus dependet. nec tamen omnibus aliis est. sed omnibus singularior et ascensi difficultior. Sunt enim a monasterio in eius usque summitatem circiter septem milia graduum. demptis locis in quibus rectis passibus ascenditur. et non per gradus. Ex illo monte sancto mare rubrum perspexit et senum indicum ab brachium illud maris eiusdem in quo pharao sequens filios israel fuit submersus. In prefata capella est plenaria omnis peccatorum remissio. ex qua egressi concedentes fecimus collationem. ut ad residuos labores essemus expeditiores. Explata collatione paululumque recreati descendimus de monte contra occidentem precepit viam piculosam. terribilem. et saltuosam valde tandemque venimus ad monasterium ad. xl. sanctos nuncupatum. ubi modica facta pausatione monte Synai per viam adhuc longe asperorem et duriorum ascendimus per inuias crepidines. per scopulos pruertos. per petras suspendentes. per horribiles saltus. perque precipites cliuos. per intensissimos desuper solis ardores. hoc vero solum habuimus refrigerium. quod duos in tali ascensi fontes repperimus aqua frigidam continentem unde resocillabamur. Porro cum iam pene in cacumen venissemus. repperimus collum montis adeo tortuosum ac longum per obstupuimus. nec alia erat nobis via. Itaque per scopulos nos sursum traximus. Atque multos post labores et sudores in summitatem montis pervenimus. erat autem dies. xxv. septemboris. Igitur ad locum illum sanctissimum accedentes in quem angeli gloriose virginis et martiris katherina corpus ex Alexandria detulerunt. in quo etiam loco per trecentos iacuit annos sub angelicis excubitis. donec scilicet cuidam abbati fuit reuelatum. ut corpus sacrum inde tollens ad monasterium ubi iam est transferret. cum ingenti leticia et exultatione atque deuotione. nos ibidem prastrauimus. ipsum deosculantes. immo nos totos in locum sacri corporisculi inhaerentes. eidem corpora nostra comensurauimus. Est autem locus ille talis dispositio. Dons Oreb et mons ille Synai suis cacuminibus per grande distinguuntur interuallum. sed radicibus coniunguntur. At in eorum medio per fatum monasterium. xl. sanctorum est collocatum. Verum cacumen montis Synai ubi virgo beata Katherina ut dictum est fuit deportata manibus angelicis. multum excedit cacumen montis oreb. sed et cuncta montium cacumina per circuitum eius. In summitate autem illius saxosa quedam extat placies. impressione habens corporis humani non ferro inscisam nec arte aliqua factam. sed ipsa solidissima petra in modum cere mollis se prebuit ad contactum corporis sacri formabilem. Sunt et ibidem ex utroque latere sepulcri. alie quedam impressiones. signa angelice custodie preferentes. qui ab hoc sacro corporisculo creduntur nunquam discessisse. In hoc ut dixi loco supra quod credi potest gaudio afficiebamur. per eo quod in extremo nostre longissime et laboriose peregrinacionis. atque sumptuose termino constituti: nil nobis restare noueramus. nisi quod ad patrium solu faciem nostram (deo precio aliquando puenturi) couerte emus. Finita ergo oratione. iocundam ibi fecimus collationem comedentes et bibentes que apud hos erant. deo et virginis sacre iocundissimas gratias soluentes. Inde circumiacentes perspexit regiones. et longe lateque terram templabamur. Videlicet autem nobis per dempto deserto per quod venimus vndeque rubro cluderemur mari. Adeo parum videbatur a nobis distare. tribus videlicet leuis solu cum tamen in veritate duorum distet spacio itinereque diuinum. In ipso autem mari rubro plerasque vidimus insulas steriles et desertas. sed ut ultra eiusdem mari rubri brachium. altissima illa montana a longe perspexit in Thebayda regione. ubi sanctus Paulus. Antonius et reliqui plurimi patres heremiticam vitam duxerunt. Ibi etiam videtur nominatissimus ille maris rubri portus Thor appellatus. ubi omnes naues speciebus onus aromaticis: ex India venientes applicant. Inde Alexandriam et inde venetas gentes: Unde in nostras et alias partes deferuntur. Ibi etiam desertum Delim et Sur vidimus. ubi moyses cum fratribus israel transito

mari rubro. castra primum metabantur. **I**nde ad radicem montis huius sancti applicantes. **U**bi et maiorem partem quadraginta annorum quibus in solitudine vagabantur exegerunt. **I**n super in regione que erat inter mare rubrum et montem **S**yndai locus nobis demonstrabatur. in quo sanctorum virorum monasterium fertur esse. quod modis temporibus nemo potest inuenire. quis campanas pulsus ad omnes horas canonicas ibi quotidie audiatur. dixerunt tamen quidam arabes se in eo fuisse. sed mox ut exierunt viam et monasterium perdidisse. **N**onnulli etiam ex fratribus monasterij sancte Katherine conati sunt illud exquirere. qui dicunt se sonum quidem audiuisse campanarum. sed monasterium ipsum minime inuenisse. **E**x illo etiam loco ortum vidimus amēnissimum arboribus fructiferis cōstitutum. et presertim dactilis copiosum. qui est fratum ipsorum dicti monasterij sancte Katherine. **E**t hoc enim loco eminentius Phasga mons maximus videtur. Phasga autem mons est maximus continens in se multis particulares montes. **H**ā in hoc monte sunt Abarim et Hebo. qui sunt colles super quos ascendit moyses ut videret terminos terre promissionis anteq̄ moreretur et in valle eiusdem montis in campestribus Moab sepulture traderetur. ut patet Numeri. xxvij. et Deutonomio. viij. **D**ic mons fuit in finibus inoabitaru et amonitaru. dividens terram eorum a terra amorrorum. quam postea possederunt Ruben et Gad. et dimidia tribus inanassevit patet Deutonomij. iii. **R**adices vero istius montis tangunt mare rubrum quod est mare salissimum sicut dicitur Deutonomij. iii. tam in textu q̄ in glosa. **V**nde isti montes dividebant terram quam inhabitauerunt moabite et etiam amonite a terra quam in possessione receperunt israelite. vnde usq; ad verticem eiusdem montis peruenit moyses. et ex illo loco totam terram promissionis fuit cōtemplatus. Ibiq; mortuus est: et in valle eiusdem montis ubi fuerunt campestria moab sepultus est. ei usq; hodie occultatus. **S**uper istum montem phasga ascendit Balaam ariolus cum Balach rege moabitum. ut malediceret populo israelitico. cuius maledictionē dominus cōuerit in benedictionē. ut habetur Numeri. xxxij. **E**x quo patet q; mons ille fuit mons divisionis. qz terminos malorum a bonorum terminis dividet. Benedictionis vero quia domin⁹ per Balaam prophetam benedictionē populo israelitico cōserebat.

**I**tem mons speculationis quia inde moyses terre promissionis terminos puidebat. **E**voluto bore unius spacio: descendimus per viam qua ascenderam⁹. et ad fontem accessimus sancte Katherine. ubi etiam virgulas excidimus quas dicitur esse eiusdem speciei cuius erat rubus in quo dominus apparuit moysi. quas etiam valere asserunt et pdesse valde morbum patientibus caducum. dum eas secum ferunt. Post multum tandem laborem habitum: deuenimus ad monasterium. xl. sanctorum rbi et nocte illa quietius. **D**oc monasterium olim monachis abundabat viris sanctis. quodam autē tempore irruentibus in eos paginis de thor. xl. ex eis monachi martyrio vita finiere glādij animaduersione. qui et ibidem sunt sepulti. vnde etiam ad. xl. sanctos nuncupatur. **J**amvero duo dumtaxat monachi ex monasterio sancte Katherine illac ponuntur. mulatas crebro inquietudines et molestias ab arabib⁹ sustinentes. **D**ominia illius monasterij edifica ex luto et arundinibus cōstant. sola ecclesia dempta. et muro monasterij cingente. **H**abentq; ortum annum aīnum satis et longum per descensum vallis sed non multū latum. **O**liuis. amigdalīs. ficubus et alijs arboribus abundantem. propter qd magnos habuerunt prouentus olim monachi sancte Katherine ex orto illo. sed per locustas et brucos ab aliquot annis omnia vastata et cōsumpta. **I**n eodem orto est parua quedam cappella in spelunca in qua sanctus Onofrius anachoriticam vitaz fertur duxisse. vt in eius legēda habetur. **I**n prefato monasterio cibo refecti et potu. repertisq; camelis nostris iuxta maceriam dicti ori descendimus in vallem. vt girando monte dei oreb in monasterium sancte Katherine reueteremur. **I**nuenimusq; ad radices montis petram oreb. rbi moyses percussit virga bis silicez. et egresso sunt aquae largissime in duo decim locis petre. iuxta numerum duodecim tribuum israel. **E**t autem petra illa surgularis. nulli coberens monte. sed proprii faciens coagulum: in maioris miraculi signū.

**L**a super te multa habentur Numeri. xx. capitulo. vbi inter cetera ita dicitur. Cum re-  
nissent filii israel in desertum Syn et populus maneret in cades. indigeretq; aqua coie-  
runt aduersus Aaron et Moisen. ac versi in seditione dixerunt. cur eduxisti ecclesias  
domini in solitudinem. vi et nos et nostra iumenta moriamur. Quare nos fecistis ascen-  
dere de egypto. et adduxisti in locum istum pessimum qui seri non potest. nec sicutum gignit.  
nec vineas nec malagranata. Insuper et aqua non habet ad bibendum. Tandem ad pre-  
cess mosi et aaron ait dominus. Tolle virgam et congrega populum tu et aaron frater tu-  
us. et loquimini ad petram coram eis. et illa dabit aquas. cunq; eduxeris aquas de pe-  
tra. biberet omnis multitudo et iumenta eius tecum.

**I**nde paululum procedentes renimus iuxta locum illum rbi chore filius Isaar. filii  
chaath. filii leui et dathan atq; abyron. filii eliab on q; pheleph de filiis ruben surre-  
xerunt contra moisen. alii quoq; filiorum israel ducenta quinquaginta viri proceres sy-  
nagogae. et qui tempore cociliu per nomina vocabantur stererunt aduersus moisen et aa-  
ron et dixerunt. Sufficiat vobis quia omnis multitudo sanctoru est. et in ipsis est domi-  
nus. cur eleuamini super populum domini. et multa hunc in modum. Tandem ait do-  
minus ad moisen. precipere vniuerso populo ut separetur a tabernaculis chore dathan et  
abyron. quo facto dathan et abyron egressi. stabant in introitu papilionu suarum cum  
vixibus et liberis et omni frequentia. et ecce dirupta est terra sub pedibus eorum. et ape-  
nens os suum deglutiuit eos cum tabernaculis suis et vniuersam substantiam eorum. de-  
scenderuntq; viuu in infernum. operti humo et perierunt de medio multitudinis. sed et  
ignis egressus a domino. interfecit ducentos quinquaginta viros qui offerebant incen-  
sum ut habetur Numeri. xvi. ca. Ibi quondam insigne fuit monasteriu ad sanctos Cos-  
tianam et Damianu appellatum. per sanctum Anastasium quondam fundatum. vbi hodie  
duo ex fratribus monasterij sancte katherine manent. Estq; ibi ortus et vinea in eo lo-  
co vbi res iam dicta fuit gesta. Inde non longe est fons ille de quo moises dedit populo  
bibere aquas maledictionis. ex quo potu multi filioru israel mortui ibidem sunt sepul-  
ti post vituli contumeliam. Ibi de proximo est sepultura fratrum rbi plus q; ix. milia de-  
scriptorum quiescunt corpora monachorū. Ibi et vallis Tholas dictas. vbi desolatu  
quoddam est claustrum sancti Johannis clumachi nuncupatu. Ubi et quedam spelun-  
ca est in qua quondam sancti patres artam rigidam penitentiam egerunt. Inde in cam-  
pum renimus quendam satum latum. vbi iussu moises expectare filios israel dum ascen-  
deret ipse et Iosue minister eius in monte Synai ad deum. dicens senioribus. expecta-  
te hic donec reuertamur ad vos. habetis Aaron et Hur vobiscum. si quid natum fue-  
rit questionis referetis ad eos ut habetur Exodi. xxviii. Itaq; circuitu per girum mon-  
te orb. renimus in viam vallemq; lacosam et stricam per quam in monasterium san-  
cte katherine reuertebamur.

**D**e. xxvi. mensis septembri mane surgentes. omnes nos per confessiones et a-  
lias devotiones pparauimus ad sacras reliquias in prefato monasterio san-  
cte katherine videndas. Igitur congregatis nobis omnibus in ecclesiam ve-  
nit abbas monasterij cum monachis suis. ad tumba beatissime virginis ka-  
therine multis accensis candelis circumstantes suo more antiphonas quasdam in lin-  
gua greca decantauerunt. Tandem cum difficultate tumba ipsa patefacta. accessit prior  
abbas ipse et cum reverentia deosculatus est sacrum virginis caput. diuine vniq; sapien-  
tie gazzophilatu speciale. Pari modo omnes monachi unus post vnu faciebant. quos  
nos peregrini imitantes ex ordine sequebamur. sacras reliquias deosculantes cum de-  
votione. etiam rebus nostris iocalibus easdem contingentes. De bombice autem in qua  
sacri corporis membra quiescunt dedit abbas omnibus nobis paululum. quam accipi-  
tes animo gratissimo. intinximus in lampadem que in cappella sancte Marie de rubo  
pendet.

**P**orro tumba ipsa est in dextera parte chori in eminentiori loco posita de marmore can-  
dido et polito facta. in qua sacrum virginis caput. due manus. et quedam alia corporis

membra recondita cōseruantur. **A**lia vero per mundū varijs sunt in ecclesijs dispersa.  
**D**e hinc in eodem latere chori paruum est ostiolum per quod intratur ad aliam quam  
dam sanctissimā capellā que dicitur sancte marie de rubo. **I**bi enim sub altari est locus  
vbi stetit rubus ardens qui non comburabatur. ad quem dū moyses vellet accedere di-  
ctum est ei. **H**oc calclamentum de pedibus tuis rē qđ et nobis monachi in memori-  
am reducentes iusserunt ut itidem faceremus. qđ et fecimus atq; ita nudi pedes ingressi  
locum sanctū debita reverentia deosculati venerabamur. **E**t qđ ibi plenaria peccatorū  
remissio sicut et circa tumbam sancte katherine. **S**unt preterea plures capelle per cir-  
cūtum illius ecclesie in quib; magne sunt indulgentie. puta in locorbi iussit dñs moysi  
ut assump̄tis secum Aaron Nadab et Abiu et septuaginta de senioribus israhel ascen-  
deret in montem et alijs similibus. sed de his breuitatis amore silere malo qđ longum  
frustra texere sermonem. **I**n duodecim etiam columnis ecclesie. plures sunt reliquie re-  
condite. et appense tabule. eorum sanctorum depicte imaginibus quoq; ibi reliquie cō-  
seruantur et quoq; festiuitates per duodecim menses anni solennisantur a grecis. **E**st  
etiam ibi capella quedam latinorum exilis satis et inornata vbi sacerdotes nostri mis-  
sas celebantes laycos milites communicauerunt. **E**st etiam ibi ecclesia quedaz sarrace-  
norum siue muschkea satis lata et iuxta modum corū pulchra. turrim quandam habet  
annexam quam arabes et sarraceni illo venientes frequentant. Nam et ipsi sanctam ve-  
nerantur katherinam. et sepius eam veniunt visitatum. **E**st autem dictum monasteriū  
situm in valle inter medios montes altissimos muro circundatum. a iustiniano impera-  
tore primitus fundatum. **E**st qđ primum monasterium in greca natione ordinis illius  
sunt enim monachi de regula sancti Basiliū sub ritu grecorum. Campanas nō pulsant  
sed anulis ercis sonituſ faciunt p conuocatione fratrum ad horas canonicas. **M**ulti  
sunt in eo monachi antiqui pauperes cellulas inhabitantes et vilcs. factas ex luto. ma-  
gnam quoq; seruat asperitatem in vestitu. et abstinentiam in victu. sunt tamen omnes p  
prietarij. manibus suis laborantes. ementes et vendentes. et liuor ac cōtentio iugiter est  
inter eos. forte in penam et vltionem sue inobedientie. quia ecclesie Romanen non sunt  
subiecti. **O**rnum insignem et pulchrum varijs et multis cōstitutum arboribus habent mo-  
nasterio cōtiguum et annexū. et fertur qđ in eo orto vitulus aureus per Aaron fuit con-  
fatus. **E**st etiam in eo lapis magnus et rotundus ad quem dicitur moyses tabulas cō-  
fregisse. in quibus lex digito dei fuit exarata vbi cognovit populum idolatrasse. Per or-  
num illum aqua decurrat maledictionis cognominata. de qua ad iussum moysi populus  
bibit et inter bibendū actores criminis et rei idolatrie agnoscebatur. **I**n eodem orto vi-  
dimus in summitate montis quasi vitulum quendam grandem lapideum in supercilio  
montis stantem. et dixerūt nobis monachi qđ nemo eundem vitulu superius posset in-  
uenire. licet inferius videatur. vnde nōnulli superstitione dicunt diabolum vitulum cō-  
flatilem illuc deportasse.  
**I**n hac valle in qua prefatum est monasterium atq; etiā in alijs vallibus per circum-  
tum montis Synai. manna inuenitur in Augusto et Septembri diuinitat. quod mo-  
nachii colligentes et Arabes aduentantibus vendunt peregrinis. **C**udit autem versus  
diem in modum roris et pruine. appendetq; graminibus guttatum. lapidibus quoq; et  
folijs arborum. cung; colligitur in unum concurrit coagulum sicut pix. et ad solem vel  
ignem resolutur. **E**st autem gustatum sicut mel dulce. dentibus adherens comedentis  
de eo multas cōparauimus partes. sed et de ligno illo de quo erat virga moysi sumpta:  
cum qua tanta fecit mirabilia in terra egipci in decem plagis. Porro in ipso monasterio  
grandis quedam est cisterna in petra incisa. aquis semper quasi miraculose abundans.  
**E**t dicunt monachi meritus moysi illas se aquas habere. Inde omnia vasa nostra imple-  
niimus ut per desertū aquas haberemus. quia iam tempus imminebat nostri recessus  
Arabes frequenter iuxta dictum sunt monasteriū. et mirum immodiz ipm grauant. ita  
qđ dictum abbas eiusdem monasterij octoginta vel centum arabes in panibus et pul-  
ibus pascere cogiturn. **I**n eodem monasterio omnium nationū et sectarum persone reci-

piuntur ad ordinem exceptis solis Armenis et Jacobitis. recepti autem more eorum vis  
vere tenentur. et instituta seruare grecorum.

Deregressu de monte Synai versus Chayrum.

**T**erigitur xxvij. septembribus illucescente rebus omnibus dispositis surreximus  
ante lucem ut recederemus. et ecce capitaneus arabum cum multis madiani-  
tis suis cōplicibus iura sua iniusta a nobis etiēns diu nos retardauit quo  
tandem placato pectinjs etiā camelarj nostri impedimento nobis fuere su-  
is rixis et cōtentib⁹ quibus etiā ad votum suum cōpescitis. profecti sumus in fer-  
uore solis in nomine christi et response sue katherine. transeuntes per vallem per quam et  
veneramus. et nocte illa tentoria fiximus inter montana in loco sterili et arido. vbi vix  
paucilam inuenimus materiam pro ignis nutrimento.

In crastino diluculo inde descendentes venimus in torrentē quendam delectabilem. pe-  
trosis montibus conclusum. arboribus tamen plenum: quo pertransito cum in locum  
quendam spacioſam venissemus onagros quosdam obuios nobis habuimus in decli-  
uo montis. Inde sole iam occidente in locum dictum Elphat venimus vbi fixis ten-  
torijs pernoctauimus. Eodem scro applicuerunt ad nos quidaꝝ sarraceni quatuor ca-  
melos oneratos pomis et pīris cistis inclusis ducentes. Pater enī monasterij sancte ka-  
therine per singulos annos in septembri mittere consueuit Soldano in Chayrum de fru-  
citibus qui per circumū sancti montis H̄eb et Synai crescent quod munus eo gra-  
tius habet Soldanus. quo ex locis illis sanctis sibi desertur. Inde suis charis cōmu-  
nicans amicis. Cum eisdem ergo sarracenis per biduum sequens proficiscentes p̄ tor-  
rentes delectabiles sed steriles et desertos. quorum aliqui de terra albissima sunt in regio-  
ne dicta laceraa. circundati altis montibus in modum crete albescientibus.

Tandem die prima octobris venimus de deuīs deserti ad regiam et tritam viam. qua a  
Bazera directe transitur in Chayrum. Est autem via illa libertata. cuius pars vna ten-  
dit de Chayro in Bazeram. alia in portum maris rubri Thor appellatum. in quem ex  
India. xvi. dierum intervallo aromaticæ species aduehantur in nauibus. que non cla-  
uis aut alijs ferramentis sunt cōpacte. sed funibus quibusdam et lignis tenaculis cō-  
glutinate. et id hac ratione. Haues enim ex India in prefatum portum transeuntes cir-  
ca mones et scopulos magnetis necesse habent ire. Unde si ferrum in ipsis esset nauibus  
mox magnes eas attraheret et collideret penitus.

Porro inclinata iam die in torrentem incidimus dictuꝝ oronden. vbi figentes tentoria  
propter aquas que illic reperiebātur nocte mansimus illa. Sunt enim in loco isto plu-  
res fontes viui aquas claras scaturientes. sunt et palme multe ibi. vñ suspicabamur illic  
esse desertum helym in q̄ filii israel transito mari rubro castrametates inueniri duode-  
cum fontes et septuaginta palmas. vt habetur Ecodi. xv. ca. Porro locus vbi nocte il-  
la mansimus plenus erat magnis pediculis qui dicuntur pediculi pharaonis. et gran-  
des sunt instar nucum auillanarū. Postera ergo die id est secunda octobris mane surge-  
tes et ceptum iter agentes obuium habuimus mammalucū quendam cum quatuor ca-  
melis. venientem de Thor. pergenē in Chayrum. hic vbi vidit dominos nostros pere-  
grinos nobiles vna cum suis famulis armis accinctos (nam et cn̄ses et arcus cum fa-  
gittis secum tulerant per desertum) interrogavit calinum nostrum cur homines alieni  
per terram domini Soldani sic incederent armati. Respondentes peregrini dixerunt q̄  
dum essent Hierosolymis intellexissent quosdam pestilentes homines vagari per deser-  
tum. et passim domini Soldani saluum cōductum violare spoliantes et depredantes  
pretereuntes. Quibus resistere inquietū et temerarijs obuiare ausibus eorum sumus pa-  
rati. Ideo nos gladijs accinctimis et muniūm arcubus vt illos insolentes pacis tur-  
batores qui salvam guardiam domini Soldani infringunt si forte nos invaderent cō-  
dignis afficiam̄ plagiis. Quo responso ille cōtentus significavit nobis aliquot elapsis

diebus naues et India cum speciebus in sepeditum portum Thor venisse et actu in camelis Thayrum adduci. et inde per nylum in Alexandriam vbi galee venetiane illis mercibus onerande quātōtius essent recessure. hāc ob causam maturauimus venire in Alexandriā ne naues venetianas negligeremus.

Eodem die circa meridiem ad litus maris rubri latissimum et aridissimum venimus vbi vix figere tentoria poteramus. Illic peregrini quidam in noctis tenebris nos preterierunt qui de Hierusalē in Thayrum ei inde in monte Synai transibant.

**A**ltera die id est tercia octobris ambulantes iuxta litus maris rubri. in eum locum venimus vbi moises filios israel traduxit sicco pede per mare. ibi depositis vestimentis balneauim. et more patrum baptisabamur in mari. Est autem aqua maris rubri nō rubea ut vulgus estimat. sed clara et salsa similis reliqua aque maris magni. Dicitur tamen mare rubrū. quia terra illuc rubea est et montes adiacentes ad rubedinē tendunt. propter quod et mare ipm quasi rubrum esse videatur. Vnde etiam ideo quia fuit figura sanguinis christi in cruce effusus atq; baptizati. efficiaciam ex sanguine christi habentis. In litora maris huius ostrearum reperiuntur cōchilia diuersarum specierum et figurarū. corallum quoq; album et pleraq; alia huiusmodi genera gemmarū. Ibi etiaz in maris huius insulis lignum crescit rubeum ad modum presiliū. In ipso litora cōsedentes in iocunditate comedimus et bibimus que habemus. vnde surget ad fontes moisi venimus sic dictos. quia ibi habitasse cum filiis israel perhibetur. Inde adequatius gregibus recedentes venimus in campum dictum hanadam adhuc iuxta litus maris. vbi et mansimus nocte illa.

**A**næ sequentis diei pcedentes per litus maris venimus ad montana vbi mare rubrum finitur. Ibi magnifica quedam opera vidimus olim inchoata per regem quendam egyptiorum qui volebat mare rubrum deducere vsq; in nylum. et ita orientem et occidentem colligare ut naues ex India per mare rubrū in nylum deuenire. et inde in mare magnum descendere possent. Unde montes et colles petras et saxa pro meatu maris faciendo iussit transfodi. sed hoc opus grande non perfecit resistentibus sibi sapientibus egypti. quia per inflatum maris rubri aqua nylī dulcis et apta ad potandum amaricaretur. et sterilis etiam fieret ex secunda. atq; his in vnum cōfluentibus aquis. magna pars egypti aquarū inundantia posset absorberi. Ita his et alijs causis ceptum negotiū mansit infectum.

Ex hoc loco pergentes venimus in campum Choas dictum. vbi nec papiliones erigere ob ventorum imperii poteramus. nec aliquod ignis fomentum inuenire. Unde cōfractis ligneis rasis nostris vacuis puta lagenis ignez ex eis accendimus. ut vel offam vnam coqueremus.

**M**edia ibi nocte exacta recessimus iter laboriosum p latissimos et prorsus steriles campos tota die illa. id est quinta octobris cōficientes. vbi nec vires aliquid vidimus. nec aquam reperimus. neq; tentoria figere poteramus. eo q; tenuissima arena que illuc est copiosa funium claves tenere nō posset et ita sub diu dormire oportebat.

In crepusculo die. vi. octobris. surgentes processimus per loca arenosa et sterilia. et tandem ad montana venimus zabulosa que nō sunt stabilia. sed fm ventorum flatum mouentur de loco ad locum. sic videlicet q; nō simul et semel sed successiue tollit ventus et fert superiora zabuli. et in alias partem trahit. quoq; nūl ibi remaneat: zabulo de priori. In fine illorum montanorum cōgregationem vidimus aquarium multarū instar maris et ciuitate quandam ac terram fertilissimam olivis palmis et alijs arboribus repletam. Erant autem ille aquarium congregations de nobilissimo paradisi fluio Syon: qui nunc Nylus nuncupatur. quo tota egypti terra secundatur et patebit in processu. Ugitur cōtra aquas illas processimus et venimus in villam Batheream dictam. vbi ortus balsami est. Cum omnibus autem rebus nostris introducti sumus in domū illā

in qua fons beate virginis ethanat qui irrigat ortum balsami domini eidem annexum.  
Vbi rebus nostris locatis: camelariis nostris et ipsis camelis licentia dedit quos du-  
xerat ad locum illum cōduximus. quo facto misimus nuncium in Libyrum (parum  
enim distat a matthera duobus videlicet miliaribus germanicis dumtaxat) et trutzel-  
manno chayrino nostrum denunciauimus aduentum. potentes ut ad nos veniret. inge-  
ribem nos deducere dignaretur. Nullatenus enim absq; eius tuitione possent christia-  
ni vel iudei ciuitatem illam potentissimā ingredi cum salute et pace. Hic nostro cōper-  
to aduentu multa comitatus caterua clientum ad nos venit volens nos statim babylo-  
niam introducere. Verum propter loci illius in quo eramus amenitatem atq; singula-  
ritatem (nam post herem vastitatem et horrorem solitudinis. desertorumq; sterilitate lo-  
torum. magnopere nos ortorum amenitas delectabat et terre abundantia quia solo vi-  
no dempto omnia ibi reperimus bona que desiderare poteramus pro cōpetenti precio  
et aquas presertim dulces claras et frigidas que rare nobis erant in copia magna) pla-  
cuit nobis ut die illo ibi possemus manere usq; in crastinū quod et trutzelmannus an-  
nuit. hac tamen cōditione. ut unus ex familia dominorū lutanista videlicet Conradus  
nomine secum pergeret quia et trutzelmannus ipse in eiusmodi instrumentis musicalibz  
erat peritus. quam adiectam libenter admisimus cōditionem dum voto potiremur de-  
manendo. Erat namq; circa nos fons singularis de quo ipsa virgo gloria. et Iesu  
fons pietatis. Joseph q; virtutis exemplum bibisse dicuntur. Antiqua nāc patrum  
habet traditio q; dum Joseph precipiente angelo a terra israel fugiens cum pueru Jes-  
su et Maria matre eius huc loci venisset. circumibat per domos ville prefatae scz mathe-  
ree aque potum petens: sed nō erat qui tribueret. Tandem virgo fatigata exiitnere se cū  
puero Iesu hoc in loco ad pansandum collocauit Joseph assistente. Tunc siti grani  
estuarent ecce fons ille memoratus ad virginis latus emanauit. de quo bibentes refoci-  
lati sunt. Nam nobiles autem fons ipse aquas scaturit q; ibi balsamū ortum est nec usq;  
hodie per totum mundum nisi de illius aque crescit fecunditate. Quancz veteres genti-  
lium historie narrant balsami vineam in montibus Engaddi primum fuisse exortam.  
et per Cleopatram reginam egypti inde eradicatam huc loci fuisse translatam. Hoc ta-  
men certum est et frequenti experimento cōpertum q; si ramuscui balsami de isto sumā-  
tur orto et in alio loco plantetur mox arescunt et depereunt. Ad huins autem aque riga-  
tionem dumtaxat virescunt qua deficiente deficiunt. Hoc summus quidam pontifex  
Rhomanus. hoc multi temporum successu Soldani tentarunt. conati vineam istam  
alibi plantare. sed videntur est inuanum laborauerunt. quia nō nisi ex hoc fonte balsa-  
mum suo manet in flore. Saraceni autem magnum circa fontem illum puteum fode-  
runt. de quo quattuor boues aquas haureunt. et dum eiusdem aquas putei in balsami  
ortum per cannalia infunderent. vt sic copiosius irrigaretur mox virorū decrevit virgul-  
torum. et ita coacti sunt cannalia de puteo in fontē virginis marie dirigere et de ipso fon-  
te in ortum mittere. vt sic aque putei cōmixte cum aqua fontis secundarent ortum illum  
quibus et bode irrigatur.  
In crastino facto mane circa fontem sanctum solenne officium missae de virginē glorio-  
sa celebravimus. et ita finita missa ibi manducauimus que apud nos erant. et bibimus  
ex aquis illis. magnopere fonte ipso delectati. Nam et quidā ex nostris in ipm se aliquo  
tiens fontem immersere. robustiores exinde se euasiuros sperantes. Namīrū nam et sar-  
aceni frequēti se ibi abluiunt baptismatione. Porro domus in quam eramus intrusi spa-  
ciosa erat et delitiosa ex qua per fenestras in ipm balsamī ortum prospicere poteramus  
Unde odor mirificus spirans suauissima sua fragrantia locum nostre habitationis im-  
pleui t. Post aliquot horas superuenit trutzelmannus iuxta cōdictum vt nos cōduceret  
in Babylonem. quem nō modico dato auro exoratum fecimus. vt in ortum illum dele-  
ctabilissimū nos antea sineret introire q; inde recederemus. quod et fecit per paruum ho-  
stionum nos introducens. vbi ingressi arbores virgulta et herbas diuersarum vidimus  
specierum. Erant autem quedā adhuc in flore. quedam vero in fructu. quedā in secunda

Iam respiratione et odore suauissimo redolebant. In primo mox ingressu ficulneā quan-  
dam grandem et peruetustam sub oculis habebamus. cuius truncus magnam prefere-  
bat cavauitur. ante quam due pendebant lampades ardentes. cuius rei dum inquirere  
mus causam dictum nobis fuit qd dum virgo gloria illuc peregre viuens nullum ha-  
beret locum ad quiescendum et ipsa cum puerō Iesu se ad arborem illam quietis gra-  
tia reclinasset. statim arbor se apertuit et virginem cum filio intus recipiens congruū re-  
quie prebuit locum. et ob id sicut fontem prefatum ita et arborem istam venerantur nō  
modo christiani sed et sarraceni. Ex huius arboris fructibus quia plena pendebat po-  
mis qui ficus dicuntur pharaonis. de licentia comedimus trutzelmanni. Inde proce-  
dentes ad aliam quandam mirabilem venimus arborem cuius folia. xv. aut. xvi. pedes  
habebāt in longitudine. in latitudine vero duos aut pauloplus. fructus autē eius poma  
sunt oblonga. quorū. xvii. xix. aut. xx. in uno culmo crescunt. sicut r̄ue multe in uno ra-  
cemo. Sunt autem poma illa dulcisima quando ad debitam pertinēunt maturitatem  
et dicuntur musi. et quacūq; parte scindantur utraq; pars scissure crucē cū crucifixi ima-  
gine gerit impressam. Et fertur pro certo qd lignum scientie boni et mali. cuius fructus  
erat vetitus. illius fuerit speciei cuius et arbor hec. Dicitur etiam qd olim ante papiri in-  
ventionem in folijs huius arboris prius exsiccatis antiqui scribebant. Habent enim fo-  
lia illa a summoris deorsum rectissimas lineas ordinate ab invicem distantes sicut ho-  
die arte sunt in papiro vel pergameno. Inde per odoriferas et varias gradientes her-  
bas venimus ad quandam maceriam et luto et arundine cōpactam. vbi erat ostiolum  
paruum sed repagulis et seris ferreis firmiter clausum. Ante quod custodes stabant  
cum fustibus et lignis nobilissimū balsami ortum custodientes et obseruantes ne quis  
illum ingredi possit. Ibi iterum novo dato argento custodibus hoc nos ordine intro-  
misericordia ut sex dumtaxat simul ingredierentur. quibus egressis iterum sex introirent et  
sic cōsequenter. hac etiam cautione data ut nullus nostrum de ramusculis aut de folijs  
plante illius nobilissime presumeret vellicare. Precedente itaq; trutzelmanno et ad sen-  
sum singulis demonstrante vidimus que longe ante de balsamo legimus et audiūmus  
nostris in terris. Nam ramuscūlū digitis apprehendens cōtra solē cum flexit: quasi cir-  
culum faciens. ex qua flexura crepante paululum ramuscūli cortice. gutta quedam cla-  
ra et crassa instar olei inde sudauit. qua erumpente tota aeris superficies miro repleba-  
tur odore. et hoc probatissimū balsamum erat. Pluries id nobis cernentibus et ammi-  
rantibus trutzelmannus faciebat. sed et manum cuiuslibet nostrum ab intra dicto oleo  
vngebat. que quidem vinctio tante erat virtutis et efficacie. qd mox manum penetraret et  
ab alia manus parte sentiretur. Folia etiam balsami manibus pressa et ramuscūli dum  
taxat fricati: cōsimili redolent odore. Porro virgulta balsami vix ad mensuram homi-  
nis portiguntur in longum. similia pene illis virgultis in quibus botri crescunt qui di-  
cuntur vulgato vocabulo apud nos botri sancti Johannis. Ter autē per mensem de-  
cembris stipites balsami cultello inscinduntur in corticibus. et sub scissura vitriola ligā-  
tur. in que guttatum oleum balsami de vulnere stillat et fluit. et quod primo inde colligi-  
tur domino dumtaxat Soldano reseruatur. quia optimū balsamum est. de quo si quis  
alius tolleret morte mox plecteretur. Inde ipē quattuor potentissimis regibus suis cō-  
uicinis encenia transmitit. videlicet magno Cham de cathey. psbytero Johanni. xsans  
sa domino tartarorum. et magno Turco. Quod autem secundo colligitur et tertio non  
est adeo excellens vt primum. et id venditur. Chayro. raro tamen puruz. sed vel olcovel  
aqua rosacea vel alio liquore permixtum. Itaq; per ortum illum amenissimū transcen-  
tes maiorem in modum delectabamur varietate virgukorum. et rapiebamur ex hoc in  
hoc. ammirantes vehementer tam subitam terre illius alterationem. Nam extra sepem  
quo villa cingitur matharea omnia sunt loca inculta. arrida. sterilia. et solis ardoribus  
combusta. magno deserto cōtinua per quod veneramus. Sed si quis recte consideret  
eiusdem loci situm mox desinet ammirari. Nam nobilissimus paradisi fluuius Hylus  
sue inundationis tempore in mathaream vlg; conangit et totam terram infundit. et ita

eam reddit secundam. nec dubium quin sons beate virginis ortum irrigans predictum ex nylo per occultos terre meatus originem sumat. Et dicit li matus vel terre? quia turbidus est et limosus. Dicitur autem non procul ab athlante et circumlit terram ethiopie. et descendit per egyptum irrigans planiciem eius. Unde dicit Hieronymus super Amos. super verbo. de flumet quasi riuus egypti? Nylus dispositione dei totam egyptum semel in anno irrigat. cumulis arenarum claudentibus ostia eius ne defluat in mare. Post irrigationem autem solutis cumulis redit in alueum suum. et sic tandem mare ingrediens a mari absorbetur. Hic flumen nutrit reptilia multum nociva et venenosa. sicut cocodrillos. et bestiolam que dicitur Anidros. de qua Isidorus libro. xiiij. ca. iiij. Anidros inquit est bestiola ex eo nuncupata qd in aquis versetur et maxime in nylo. que si inuenierit cocodrillum dormientem. volutat se in luto primo et intrat per os eius in ventrem et carpit omnia interiora eius et sic moritur. Dicit etiam glosa super. xxiij. cap. Ecclesiastici. qd gyon qui ei nylus flumen turbulentus est et multum contrahit limi. unde limositatis ratione quam secum ducit. terram per quam dicit frugiferam et valde fertilem facit. Hec glosa. Cestat nimis rium qd tota terra egypti de se sterilis est et infertilis. sed nylus eam preterfluens non modo vnde sua perfundit sed et secum nobilissimam glebam de paradiiso defert quam terre sterili superfundit. in cuius rei signum et euidentis testimonium aqua nyli non nisi turbidissima aduenit egypto. qua decrescente terram quam operuerat derelinquit terra aliena pingui et optima cooperat. de cuius seminali ratione nobilissimi generantur fructus. Et qui videtur est ultra sepes matheree nylus nunquam redundat ideo ultra eam locus est de fertus. intra vero eam locus paradisee voluptatis.

### De ingressu et Matherea in Chayrum.

**F**uit cum predicti viridarij amenitate perlustrassemus. aduersa sciente iam die exentes matheream cum trutzelmanno versus Chayrum properabamus. habentes a dextris ortos pulcherrimos varijs arboribus cōsitos fructibus cumulatos. in quibus palatia in castrorum modu[m] videbantur exstrueta ita qd Chayrum civitas in matheream pene initium habere videretur. eo qd orti illi cum domibus a mathera continuvsq[ue] in Chayrum protendunt. a sinistris autem non nisi stilem vidimus terram quam nyl excrecentia non attingit. a dextris vero per ortos predictos in modum maris se effuderat. ita qd arbores et edes in aquis stabant. Clara igitur adhuc die Chayrum sumus ingressi. sed priusq[ue] ad hospicium veniremus ob longum urbis spacium et iter magnum profunda iam noct erat et tenebre ingraviterant ita qd non absq[ue] multis angustijs et laboribus ad domum ipsius qui nos a longe precessit trutzelmanni pervenimus. per vicos longos populosos et artos ipsum sequentes. grauiter a paganis verati tracti et inclamati. Tandem in suam receptos curiam trutzelmannus noster in palatum quoddam pulchrum et pretiose pictum ac stratum nos introduxit. ubi noctem egimus illam. Hanc autem facti distinctas nobis cameras assignauit in quas res nostras intulimus. Et quanquam melius apud alios fuissimus hospitio suscepimus et tractati. tamen eius absq[ue] graui offensa inde exire non satis honeste poteramus. Fuerat autem ipse trutzelmannus noster iudeus natus sed relicto iudaismo ad baptismum conuolans factus fuerat christianus. Demum etiam fide nostra abnegata apostata factus est et mammalucus. ex ita a Holdano officijs exaltatus prediues et prepotens evasit ex pecunijs iudeorum et christianorum quorum protector et duxior a Holdano est constitutus. a quibus et pecuniis per phas et nephias cum dole et fraude extorquet. Porro cum die illo in hospitio prefato essemus. varie ad nos bestie monstruose adduccebantur per mauros de castro domini Holdani pro spectaculo. de quibus breuitatis grana supersedebat. Et ne tedium afficeremur ipse hospes et patronus noster predictus ad habitacula domus sue nos circumduxit ostendens nobis uxores suas duas et cuius

chos earum. paramenta quoq; bellica et arma. sellas ac frena equorum deaurata et do-  
mus omnis sue ornamenta varia et preciosa. **H**abebat autem bestiam quandam inclu-  
sam. que vexata materiam quandam egerebat redolentem per omnia in modum musci  
que non venditur nisi equali pondere aurum remetiatur.

**T**andem die sequenti que fuit decima octobris feria scz sexta quam celebrem habet sar-  
raceni. festivantes in ea: domum exire nequaq; poteramus. **Q**uo in tempore christian⁹  
quidam ferreis cōpedibus rinctus ad nos accessit elemosynā et pecunia aliquam a no-  
bis mendicans pro sua liberatione. **N**am duos in Alexandria pueros a quodam eme-  
rat mauro. qd̄ quia cōtra legē mahometi est. accusat⁹ de hoc. biennio in carcere fuit ob-  
id detenus. **E**odem sero cum sol occasum peteret permittente hospite nostro ex subli-  
mioribus domus locis festa vidimus sarracenorū. **H**abebant enim tunc solenne ie-  
lūnum quod per mensē integrum octobris singulos per annos obseruant. **E**st autē  
ielūnij eorum ritus iste. Per diem totum a solis ortusq; ad eius occasum nec comedunt  
nec bibunt. sed dormiunt et requiescant. **D**ox autem vi sol occidit multa accendunt lu-  
minaria in turribus muschkearum suarū et clamoribus ac vocib; altissimis fidei sue  
pronunciant professionē. quo facto incipiunt crapulis et comestationibus se replere. et  
luxurias ac superstitionib; insolentijq; multis vacantes. noctem totaz ducunt insomnē  
discurrentes etiam per ciuitatem cum tabulis ligneis clamoribus et v lulatibus sonitu  
faciunt et strepitum multum. vt si qui somno fortassis grauentur per hec excitentur ad  
ingurgitationes et insanias suas solitas. **E**t hoc per singulas noctes hui⁹ mensis octo-  
bris faciunt. seruata tamē differētia scdm sub et supra fm q; dies magis vel minus ab  
dentes ammirabamur. precipue de tot mille turribus et lampadibus innumeris quib;  
singule turres tribus per circumitum ordinibus illuminatae decorabantur et resplende-  
bant. **N**am et vrbis tota a luminaribus turruim instar clare diei illuminabatur. **S**iqui  
dem qui inter sarracenos locupletiores ceteris sunt. in testamentis suis bona sua p hu-  
iusmodi luminaribus sue lampadib; augēdis et multiplicādis. edificandisq; muschke  
is et turribus et nutriendis his qui in eisdem sic clamitent. legare solent et cōtribuere. si-  
cut apud nos diuites. ecclesias fundant et missas.

**I**e. xi. octobris plures ex mammalucis venientes ad nos querebant si quibus  
forte cōpatriotas sue cōterraneos inter nostros inlebissent. **I**nter quos vn⁹  
dumtaxat alemanus erat ex Basilea natus. Plures autem vngari viri graues  
et perlone egregie ad dominū Johannem archidiaconū et canonicum ecclesie Transil-  
vianensis venerunt. virum religiosum et doctum. cōuersatione qz benignū et iocundū  
qui multa apud illos bona operabatur suo hortatu et exemplo. **N**am plures eorū da-  
ta fide in manib; eius iurauerunt q; cōtotius ad sancte matris ecclesie sinum redire et  
super apostasia cōdignam agere penitentiā vellent. **I**pse etiā matrimonia eoz more sar-  
racenico cōtracta sacramentali ritu recificauit. et infantes quosdam baptisauit. **H**ec au-  
tem omnia clari in domo cuiusdā vngari fecit. qui habitū officium et nomen p̄ferebat  
mammaluci. sed reuera nō erat. neq; enī fidem abnegauerat neq; circumcisionē accep-  
rat. sed cor gerebat fidele sub sarracenica veste. cuius rei Soldanus ip̄e duo alii de cu-  
ria erant cōscij. sed ppter viri probitate quia in armis strenuus erat et corporis robore  
et animi magnitudine prestans. hoc ip̄m celabant scientes pcerto ante eum moritum  
qz negaturū fidem. vnde et Soldanus sibi et quibusdā alijs bonis viris per litteras p-  
uidit. vt ip̄o mortuo a seruitute qua Soldano p tempore obligantur seruire. sint peni-  
tati domini Johannis ad multa nos loca per ciuitatē circumduxit et secretiora pleraq;  
ostendit. **P**aucos ibi vidimus mammalucos qui non dicerent. verbis saltem. ad san-  
ctam ecclesię catholicā se reuersuros. quin et ip̄e patron⁹ noster pluries asserebat suā se-  
rvelle perfidiam deserere. et redire ad christianismū. nam et ambe sue uxores erant chri-  
stiane. et pueri baptisati. **I**d enī certū habet q; oēs māmaluei pueros suos masculos.

faciunt baptisari. nō ob id quidem (multorum opinione) ut pueri salutem cōsequantur anime. neq; vt in fide christiana perseverent. sed vt in paternis bonis et officijs fiant suecessores. Nam abolim omnia mammalucorum bona dum rebus excedunt humanis: Soldano cōfiscantur. nec posset quispiam sarracenus vel more sarraceno natus. puta nō baptisatus. fieri mammalucus. iccirco māmaluci filios suos baptisatos mox vbi discretionis annos attingunt. Soldano sustunt: pollicentes se fidem christi abnegatūros si paternis bonis et officijs succedere sinantur. Quo admissa fidem abnegant. et in locum patrum surrogantur. quod alias nequaq; fieret si ab vetero in mahometica perfida nutrissentur. Esto q; ita sit. bonum tamen est nomen saltem christi et sacramentorū eius vsum. inter gentes remanere. affectuq; in eis soueri ad ritum natalem. Indubitate enim est mibi q; si puri sarraceni terris illis dominaretur. locus nobis christiamis latinis et accessus ad loca sancta transmarina minime pateret. ob implacabile eorum in nos odium et inexorabiles inimicicias. quibus nobis sunt infestti. sed quia Soldanus ipse et omnes sui curiales et armigeri atq; prefectū locorum sunt mammaluci. protegiuntur ab eis.

**O** Te. xij. octobris audita missa (Nam dominica vicesima post octauas sancte trinitatis currebat) didicimus quodam nobis referente q; galee veneciane in portu existentes Alexandrino. speciebus aromaticis onerarent. atq; ad celerem pararentur recessum. quo ex rumore plurima fuimus affecti iocunditate. q; in eisdē galeis repatriare sperabamus. Eodem die post cuiusdam adducte bestie quam copin nominant ludum risu mirabilem. tres christiani captiui et pene nudi vinciti catenis. lamento miserabili suas deflentes calamitates elemosynā a nobis preceabantur. Hanc enim sarraceni discretionem suis obseruant cum captiuis. q; tribus in septimana diebōs ex suis emitunt custodijs. catenis. vincios. et per vicos populosoſ et curias maiores pro petenda elemosyna circuīre permittunt: sub manu custodum. et quicquid ibi acquiruntid teneret in cibōs expendere. reletiānde se liberare et redimere sinunt. Aduersperascente iam die cū tempus sarracenice comensationis et dissolutionis incumberet. omnis hospitū nostri familia insanire cepit et cantare et corizare. et cum instrumentis musicis ludere. ipse quoq; patronus cum duabus suis cōthorabibus cultu meretrio exornatis. vna cum cōcubinis et ancillis. accensis candelis. lectos nostros circuiteunt. vt risus et leticie materiam et causam acciperent ex nobis. vnde ethnici illam habuimus opido inquietam propter clamores et insanias sarracenorum cum strepitu et impetu per vicos et plateas currentium et vulnante in turribus. vt illo in tempore moris est sui rituali.

**O** Te. xiiij. sumpto prandio in partes nos diuidentes. tres autem quatuor simul et non plures. vicos intraiuimus mercatorum. vbi tantam vidimus hominum multitudinem. tantaq; erat pressura sicut esse solet Rhome ad sanctum Petrum in anno iubile. et tot venditores et emptores q; risu mirū: et pene incredibile est auditu. Necq; arbitror tam populosam tam grandē tam prediuitem. atq; prepotentē hodie sub celo esse ciuitatem. sicut est ista Chayrum babylonica. Ibi armis et pannis sericis cōparatis et bestijs quibusdam monstruosis: in forum venimus rbi homines sicut bestie vendebantur. et cōpatiebatur anima nostra parvulis ibi sedentibus qui suam venditionem expectabant. Unq; mammalucus qui duxor noster erat hinc inde nos circumduceret. venit mercator quidam inquirens ab eo quanti precij schlaui illi es sent quos sic circumducebat. Ad quod mammalucus ipse subridens parui inquit sunt precij homini illi in foro isto. cito autem ad aliud ducentur forum vbi incōparabiles erunt. Necq; tamen ad hec verba emptor ille desist. sed pro persona qualibet decem oblitus ducatos mammaluco: donec tandem cōperit eos nō esse venales.

**D**e vero, xiiij. summo diluculo venientes duo mammaluci a patrone nostro  
cōducti. fū numerum personarum asinos et mulieros (id est asinorum du-  
ctores) disposerant. vt nos per vrbem ad loca quedam ducerent videnda.  
Igitur egressi hospitiuꝝ translantes per vicuꝝ vnum et per vetustissimā quan-  
dam ferream portam. venimus ad populosismas plateas; vbi post multas derisiones  
et acclamations probos. occurserunt nobis homines multi miseri et miserabiles.  
cathenis inclusi simulqꝫ colligati. elemosynas a nobis postulantes. Inde per numero-  
sos hominū cuneos penetrantes. in locum quendam venimus vbi supra modum cō-  
pressio hominū magna fuit. Nam barbarus quidam mercator vtriusqꝫ sexus homi-  
nes plurimos habebat venales. ita leui precio et exiguo ac si fuissent res furto ablatae. et  
pro illis emendis tanta cōfluxerat horinū multitudo. Inde pulchra quadam platea  
pertransita. vbi multe edes alte et noue circumstabant (nā locus ipse quinquennio dum-  
taxat euoluto desertus factus fuerat et aridinibus plenus nunc autem dictis edificiis  
decorus) ad sinum quendam nyli venimus. in cuius litora schlaui multi de luto paleis  
resperso lateres cōficiebant et confessos soli exponebant coquendos instar filiorū isra-  
el qui in luto et latere pharaoni seruientes in egypto. tandem proper onera clamauerūt  
ad dominū. qui misit eis liberatore seruum suū moissen.

Ibi etiam locus ille fluminis quondam fuisse videbatur vbi moïses ipse infantulus in ca-  
rectam ripe fluminis stante procul sorore eius et cōsideranti euentum rei fuit pietus.  
et tandem descendente filia pharaonis vt lauaretur in flumine. gradientibus secum puel-  
lis per crepidinem aluei in viscerra cirpea fuit inuentus in papirione. vt habetur Exodi  
h. Ibi namqꝫ erat pons arcuato opere factus per flumen vbi egypti mares hebreorum  
iuxta preceptum pharaonis p̄ciebant in aquam. vt habetur in dicto capitulo.

Inde ad maceriam orti cuiusdam ascendimus vbi quondam arbor ingens stabat sub  
qua virgo Maria cum puerō Iesu fertur quietuisse. quam arbustum et christiani et lar-  
raceni multum venabantur. sed suspēhis in quibusdā seditionis mor̄ arbor aruit ruit-  
qꝫ solotenus. In cuius rei memoriam sarraceni erecta ibi columna lapidea. factum hoc  
aureis in ea litteris scripsere. Hinc ad stationem nauium multarū in nylo profundo et  
lato venientes. maximā circa illas ridimus negociationē.

### De Babylonia egypti.

**T**andem per quasdam vetustissimas et spissas valde horribilesqꝫ portas ins-  
trauimus babylonias. Sed hec babylonia nō est illa que fuit secus fluuium  
Thobar. sed dicitur babylonia egypti. que paruo diuidit intervallo a Thay-  
ro. ita q̄ nō duas faciunt ciuitates sed vnam. cuius pars altera dicitur Thay-  
rum. altera Babylonia. et ipa tota nomine cōposito Thayrumbabylonia appellatur. et  
creditur q̄ olim fuerit nuncupata memphis. deinde Babylonia. et tandem Thayrum.  
quod interpretatū idem est q̄ cōfusio siue babylonia.

In hac babylonia ante tempora Pharaeo rex egypti morabatur in ingenti palatio. qđ  
hodie penitus est desolatum. Ibi etiam tunc temporis metropolis egypti siue ciuitas  
maior erat vt ex ruinis eius potest cognosci que hodie videntur.

Translantes autem per vicum longum ad cuiusdam ecclesie fores deuenimus. quam  
christiani possident de cingulo siue cinctura dicti. qui sunt de fide sancti Pauli. Ingres-  
si autem ecclesiam descendimus in criptam sub choro. et ibi asserunt locum esse vbi vir-  
go glorioſa Maria cum puerō Iesu et Joseph sancto. septenni spacio manens latita-  
uit. Inde ad quattuor leucas alias ecclesias quas christiani orientales tenent duce-  
bamur. in quibus aliqua sanctorum corpora requiescant.

Inde per multa procedentes loca de quibus mira ferebantur. tandem ad radices montis  
venimus. super quo castrū Soldani est situm. vbi plurimos habuimus obvios mams-

malicos qui de exercitio suo solito reuertebantur. Nam singulis diebus vel ad minus ter in septimana. exireunt mammaluci curiales in planiciem sub montibus et ibi se in bellicis exercent rebus. ascendunt etiam in saltus et loca altiora. actus militares agentes ut non modo in vallibus et planicie. sed et in montibus et collibus seipos et equos suos exercitent ad pugnam et cursum. Multos ibi vidimus decoros iuuenes candidos et rubecundos. similes nobilium patrie nostre filii. Eratque numerus mammalucorum tunc temporis ad. xxv. milia. qui numerus ut cōmuniter cōtinuatur. succendentibus ut dictum est filii in loca patrum. suntque ut in pluribus mammaluci illi de schlauonia. albania. zirkassia. et italia. per pauci vero de alemania. Di nos pacifice pretereuntes nullam nosbis molestiam intulerunt.

### De cōtemplatione Thayri ex monte.

**C**um autem preterissent. clivum montis ascendimus per viam satis periculosa. nec manere in asinis poteramus propter precipitem ascensum. Tandem multo labore in cacumen venientes. mox oculos coieimus ad ciuitatem considerandam. que profecto magna est. et dicitur hodie esse maior ciuitas in orbe. Quidam enim qui id certum habebant assertabant eam in latitudine duodecim milia centum septuaginta duos passus habere. in longitudine vero quindecim milia centū et septem passus. Dicitur etiaz que numerus parochiarū siue ut aiunt cōtratarum in ipsa vrbe. ascēdat ad vigintiquattuor milia. Verum ex illis non nisi quatuordecim milia huic secemodi cōtratarum portis ei seris singulis noctibus clauduntur. Castrū vero Holdani tantum in magnitudine spacium occupat cum sua circumferentia. quantum fere opidum Ulmense. vel pars altera oppidi Nurenbergensis. ita que eques sub quattuor horarum intervallo sine intermissione faciens iter. longitudinem ciuitatis forte posset transire. ipam vero totam per nouem vel decem horas circumire. Nam latitudo eius in pluris locis dimidie leuce germanice occupat spacium. in plerisque plus. Muschkeas preciosissimas et plurimas cum turribus valde altis habet. et credo que Rhome nūc tot fuerint ecclesie. sicut ibi sunt muschke. oēs ex marmore polito fabricate. Ita prochdolorz sathanas suas ibi synagogas ampliavit et multiplicavit.

Porro edificia in ista vrbe deforis exilia satis sunt et turpia. ut pote ex luto et latere extorta. sed deintus comptius disposita sunt et ornata. mansionibus et habitaculis pulchris distincta.

Preterea populosior est ciuitas illa quam alia vlla sub sole. crediturque que tota italia vix tanto abundet populo ut vrbs hec sola. Nam longe plures in ea sunt homines qui proprie carentes domibus dormiunt sub diuno que sint venetijs habitatores. Audita refero. neque enim ipse numeraui. Nam et iudeorū supra. xv. milia ibi dicebantur habitare. omnes artifices. vel mercationibus vacantes. Regitur autem ciuitas ipsa Thayrum et administratur per regem Holdanum. post quem secundus in ordine ammiraldus semper appellatur. post illum vero tertius diodarus. et hi tres toti presunt paganismo. residentiam tamē faciunt in Thayro. Unde officiales et prefecti in omnia loca. prouincias et ciuitates paganorum ex mammalucis transmittuntur. Hoc etiam certum habetur que ab omnibus quidam ab oriente et occidente magno et excellenti ingenio viri. ad illam ciuitatem pperauere. ut mira et magnalia que de ea audierant ibi viderent. Nam pitagoras platoque suis relictis sedibus. in egyptum laboriosissime migrauerunt. ut memphiticos audirent et viderent vates. Apollonius quoque siue ille magus ut vulgus loquitur siue philosophus ut pitagorici tradidit. post lustratum orientem ut testatur Jeronymus. tandem egyptum intravit ut famosissimā solis mensam videret in zabulo que in Thayro creditur in templo solis stetisse.

**P**erspecta omni ciuitate Thayrina. ad nulum fluum nos cōvertimus contemplandum. qui eo tempore totum territorium sua excrescētia et inundatione

operuerat ita q̄ maior pars Chayri in vndis stare videbatur. Est autē nylus paradisi  
fluminis maximus et nobilissimus. qui in tres diuiditur partes principales. et in tribus  
distinctis locis influit in mare. cuius vna pars tantū securus Chayrum et Babyloniam  
decurrat. veniens per terras presbyteri Johannis. flauit iste in suo descensu sub Chay-  
ro adhuc in duas diuiditur partes. quarū vna ad sinistram preterfluit. Vix et Rosseū  
ciuitates duas. Alia vero ad dexteram currit per damiatam ciuitatem magnam mariti-  
mam. et est quelibet harum partium seorsum multis in locis rheno maior et spaciōsior.  
Aqua huīus fluminis semper est turbida instar tyberis in Rhoma. sed ubi ad modicum  
tempus steterit fit clara dulcis et suauissima. Præterea nylus r̄bicos piscib⁹ copiose abun-  
dat. nec creditur q̄ in hoc parem habeat aquam in toto mūdo. Sunt in Chayro plus  
q̄ octo milia hominum. qui se illarum aquarū circumductione nutriunt et renditione.  
Sunt et profunde in ecclesijs et muschkeis fons. quas dum nylus intumescit aquis  
replet. que purificate egris datur in potu. et inde plerumq; curantur. Sunt etiam plu-  
rimi ibi cameli ad hoc solum deputati. vi aquas de nylo ad profundendum vicos com-  
portent. ne puluis ex frequenti hominum deambulatione nimium eleuetur. et ita impe-  
dimentum prestet negociantibus. Nam ubi huīusmodi nō sit perfusio elevatur puluis  
in altum velut fumus magnus et densus. et vix discerni potest an fumus ille ex igne ge-  
neretur. vel puluere. A multis sepe soldanis per superiora tempora missis viris quibus  
dam cum nauibus prouisis virtualibus. que ad biennium vel triennium sufficerent. stu-  
diose inquisitum est et perscrutatiū ubi nylus suam haberet originez primordialē. Sed  
qui missi fuerant post exactum biennium vel triennium cum etiam ultra indiam longe  
nisi q̄ ab oriente emanat. Dicebant etiam ultra indiam nullam esse hominū habitatio-  
nem. sed terram prorsus inhabitabile. et tantum ibi solis esse ardorem q̄ ferre nequaq;̄  
potuissent. In hoc etiam fluui reperitur in india lignum illud preciosum et durissimum  
quod albanum dicitur. proueniens ex paradiſo per huīus fluminis inde decursum siue de-  
scensum. Quascunq; terras nylus præterfluit et infundit fructiferas admodum facit et  
præsertim egip̄tum. quam nisi iste fluuius irrigaret tota steriliſ esſet et inhabitabilis redi-  
deretur. Super ripam nyli muschkeam quandā vidimus a longe cum cimicero annexo.  
et dicebatur nobis q̄ in patrocinio siue festo eius sancti cui? in honore ipa est fabri-  
cata. omnes mortui ibi sepulti festo ipo durante egressi de monumentis sine motu et sen-  
su sic stant cunctis cernentibus. et mortuoli solennitate in suis se recipiunt sepulchrus  
et hoc singulis annis fieri aſterebar. nec est adulterus aliquis aiebant in Chayro qui id  
ipm ignorat. nec est dubium quin opere demonū prestigiose id fiat. Lacum etiam quen-  
dam vidim⁹ prope nylum qui per singulos annos instar sanguinis rubescit. in memo-  
riam fortassis illius plage qua omnes aque egip̄ti in sanguinem fuerunt cōuerse.  
Ibi etiā vidimus per desertum quasi r̄sq; ad mare rubrum. sed et ortum balsami de quo  
supra in villa macharea. Nam quinq; dumtaxat leucis italicis distata chayro vel pau-  
lo plus. Ultra nylum etiam piramides multas cōspetimus. quas olim reges egip̄ti sua  
super sepulchra fieri procurarunt. de quibus vulgus dicit q̄ sint granaria siue horrea  
quondam ab Joseph ibi pro frumentorum repositione edificata et. quod hinc falsum  
liquet. quia piramides iste ab intra nō sunt cavae.  
Circa illas autem piramides ingens idolum Isidis adhuc stare videtur. quod quon-  
dam egip̄ti colebat. Etiam supra piramides ipsas magne et vetustissime cernuntur rui-  
ne. ubi quondam illa potentissima et nobilissima ciuitas egip̄ti stetit. que centum portas  
habuit. de qua sanctus Mauricius cum legione tebea fuit. Per nylum etiam ascenden-  
do mox venitur in deserta Aran et Baran et Scithy. de quibus in ritaspatrū sepe me-  
tio fit. ibiq; videntur monasteria hodie desolata sanctorum patrum Antonij. Dacha-  
rij. Pauli primi heremite. et aliorum multorum. De his enim locis desertis patres sancti  
in chayru venientes. sportas suas et plectas vendebat. et inde victui necessaria cōparabat  
Illi in locis superiorib⁹ annis multi monachi greci morabantur. qui calogerii communi-

vocabulo nuncupantur. sed hec omnia in dies deficiunt et deerescunt. charitate pristina frigescente. Non longe a monte illo: moisi prospexitus oratorium ubi deum per pharaone fertur orasse. In eo loco sarraceni muschkeam nunc fecerunt. Rursus in litore nyle sursum eundo est regio quedam Segetha nominata. ubi aues quedam rares in magno sunt numero. videlicet psiticius pelicanus et huiusmodi. Simae quoque caudate et catti marini res. et capte ducunt Chayrum venales in magna multitudine. Capiuntur autem in septembri presertim psitici interdu milleni simul. Igitur cum singula homines leca de monte fuissemus contemplati. descendimus per preceps viam profecto periculosisimam. et venimus per multa cimiteria ad sepulturam soldanorum. ubi multe preciosae et noue erat edificate muschkeam. Nam quilibet Soldanus in loco quem elegerit. per priam edificat muschkeam. Modernus quoque Soldanus cui nomen kathubee ingentem et grandem sibi costruxit cum turri polita et alta valde. et circa illam domos magnas cum celulis multis instar monasteriorum edificavit. quas sacerdotes de lege et ritu Dahumeti inhabitant ab ipso dispositi. qui nocte et die in muschkeam et turri clamare et vultuare non cessant iuxta morem suum. unde et nobis ibi transeuntibus velut canes latrabant. Ab hoc loco urbem ingressi magna cum difficultate ad nostrum venimus hospitium. ob hominem camelorum equorum et asinorum pressuras. quas per transeuntes percussi sumus et tracti. irrisi atque clamoribus contumeliosis lacessemus supra modum. Vidi quoque plurimas per civitatem coquinas per vicos et plateas. quia sarraceni raro intra suas coquunt edes: sed coctos emunt cibos. Et dicebatur nobis quod circiter. tunc milia cocorum essent in Chayro. quorum multi per civitatem cum coquina sua transeunt. portantes supra capita sua ignem ardente. ollas bullientes. et carnes in verubus assantes. hoc sepe numero vidimus oculis nostris.

**D**e. xv. octobris domi mansimus quiescentes. et quia mercatores quidam veneciani qui in Chayro erant. quisitos nos fecerunt: ut celerius inde recederemus. instetimus apud patronum et hospitem nostrum trutzemannum humiliiter deprecantes ut nos quatuor in Alexandriam conduceret anteque naues venetorum inde abirent. Dabent namque veneti semper unum ex suis in Chayro qui et consul vocatur. qui pro defensione mercatorum in Alexandria et mercantiarum apud Soldanum laborat.

**D**e vero. xvi. octobris que erat festum sancti Galli cum esset eclipsis lune. sarraceni vultu et clamore ingenti omnes excitabant ad superstitiones exercendas. quibus tempore eclipsi solis aut lune studiosius intendunt. Facto mane castrum domini Soldani cum trutzemannio nostro intrauimus. ubi mirabilem ordinem et numerum maximum seruorum Soldani vidimus. multitudinem etiam ingentem equorum et stabula grandia. et habitacula magna. de quibus omnibus tedium esset scribere et forte etiam crediu difficile. Ibi primum vetus illud palatum hodie desolatum nobis fuit ostensum. quod quondam greci inhabitabant tempore mahumei. exstructum fortissimis muris. et edificijs ut ruine demonstrant. Inde in aliud castrum quod Soldanus inhabitat processimus. ubi per duodecim portas ferreas ingredi oportet anteque ad Soldanum veniat. Per has introduci ipsum in throno regis vidimus residentem in vestitu candido. et plurimos mammalucos in ordine suo cum multo silentio reuerenter ipsum circumstantes. Ibi etiam plures antiqui graves et maturi viri circa ipsum astabant. post modicam horam egrediente trutzemannio nostro et nos castrum exentes. venimus in latissimam quandam plateam sive forum amplum valde. ubi cameli asini et equi venduntur. quorum ibi tunc maxima copia erat. adeo rurisque plurimi ex mammalucis qui equos venales contemplantur. Tandem cum labore domum reuersi quidam ex nostris facto prandio balnea intrauerunt. Sunt nempe preciosa et polita estuaria illis in regionibus et civitatibus. Ex vario marmore facta. servicia etiam sarracenorum balneariorum satis sunt studiosia. habentque mirabilem modum ad rectificandum membra balneantium. quidam vero ex nostris lochs vagas

tes per ciuitatem in domū quandam fuerūt adducti in qua grandis fornax stebat plus  
res habētes pecunias. in quas certo tempore tria aut quattuor milia ponuntur oua gal  
linarum. auarum. anserum. et columbarū. et simo cooperantur. carbonesq; in debita  
proportione fornaci imponuntur. ex quorum ardore oua calescit et vitella vivere mor  
ac pulli crescere paulatim incipiunt. et ita absq; incubatione matrū excubantur simul  
q; sub manu pastoris ad pascua ducuntur. vt oves vel ad forum vt ibi vendantur. Et  
quoniam id ficticiū videri possū. tamen reuera ita sese habet. nimirum animalia illa que  
humana arte et industria excubantur. disciplinabiliora sunt his que fū naturā sive spe  
ciei generantur. sequuntur enim homines sicut pulli suas matres.

**S**equenti biduo ad recessum nos parabamus et interdum ad videndum ra  
ra et mira hincinde vagabamur. qui vero ex nostris Goldanum prūs non  
viderant illo in tempore viderūt. Porro die. xix. octobris que erat dominica  
xxi. post octauas trinitatis. cōuenientibus nobis in unum remissam in loco  
solito audiēmus. ecce due uxores trutzelmanni ut misse interessent aduenierunt. ad qua  
rum presentiā dum trepidaremus q; paganis reputatiūs dixerūt se esse christianas  
de ecclesia catholica. nec nisi in fide nostra se mori velle affirmabāt et ita nobiscū missaz  
pariter audierunt. Porro peracto prandio rebus omnibus dispositis ad recessum. bur  
las nostras aperientes pro hospitio pro familia proq; nauī adiecta. pro iasinis et equis  
qui nos cum rebus nostris ad nylum deducerent pecunias expossumus non paucas.  
quo facto precedente trutzelmanno per medium chayri. pcessimus in asinis cum sarcis  
nulis nostris cōtra nylum. qua in via irrisiones iterum et cōtumelias atq; etiam percus  
siones sustinuimus nō paruas. At ubi ad portum nyli applicuimus et paratam ingressi  
fuissemus nauē. trutzelmannus chayrinus ad ipsa rediens nobis valedixit. et quendam  
alium sarracenum dolosum in locum suū surrogauit. qui nos in alexandriam usq; con  
duceret.

De transitu ex Chayro per Nylum versus alexandriam.

**A**q; nauigantes per Nylum bidui spacio venimus lento satis cursu ad ci  
uitatem cui nomen Rossetum. Inter nauigandum autem pertransito oppi  
do quod Uoy vocatur. Ab inde usq; rossetum circumspicientes delectabi  
les pulchras et fertiles valde ad dexteram et leuam vidimus regiones: ha  
bentes ab una parte Asiam. ab alia Africam. Nilus enim has duas mundi ab inuicē  
partes secernit. Oppida etiam amena et villas multas vidimus. terrasq; ortis. agris et vi  
ridarijs amenissimis exornatas. in quibus cannamelle. dactili et alijs fructus mulapha  
rij crebunt. quorū similes omnibus illis in terris nō vidimus usq;. Ut erum hec ameni  
tas et vberitas tantu in illis erat terris circumiacentibus quas nylus extra alueum suū  
effluens perfundere poterat et irrigare. reliqua vero terra ab utraq; parte arenosa erat  
sterilis et deserta. Habuimus etiam multas naues obuiam que de Alexandria in chay  
rum pergebant. et he a sarracenis funibus sursum per nyluz trahabant. quemadmodū  
naues ex Colonia per rhēnū equis maguntā trabuntur. Alique etiam naues specieb  
aromaticis onustae nos comitabantur. vidimus etiā in flumine nyli plurimos cocodril  
los qui bestijs. piscibus. et hominib; infidiant. erātq; aliqui grossi valde et longi ad sta  
turam hominū duorum pertingentes. Aliqui etiam maiores. aliqui vero minores. habē  
tq; bestie ille sordidos et horribiles aspectū. corpus vero durissimis squamis vndiq; cō  
pactum atq; cōrectum in modum thoracis. quarū forme siue figure alias lacertis in ca  
pite presertim caudis et pedibus assimilans. Nusq; reperiuntur alibi nisi in isto flumine  
sub chayro et nō supra. Verū etiam in mari galilee aliquando inueniuntur sicut et pler  
i q; alijs pisces in isto flumine abundant. quorum similes prefati mare galilee habet. qui  
in nulla alia reperiuntur aqua. Unde nōnulli opinantur q; cōgregatio aquarum. dicti  
maris galilee partim ex nyllo effluat per occultos terre meatus. solent naute captis coco  
drillis pelles detrahere. et easdem desiccatos mercatorib; vendere qui eas in longin  
quas ducentes terras. pelles falso assertūt esse draconum.

**D**e itaq. xxii. octobris illuciente. in ipm portum rosseti applicuimus. nec vlt  
tra ducuntur peregrini nauigio per nylum nisi vlgz hue vt communiter. et ab  
hinc in camelis et asinis Alexandriā aduehuntur. Quod ideo fieri didicim⁹  
ne christiani ostia nyli principalia per que influit in mare possint explorare  
aut inuenire. Nam hls cognitis et cōpertis a mari magno naues in nylum possent in-  
ducere etia egypto nocumēta inferre. Porro anteag res nostras de nauī deponeremus  
intelleximus q̄ omnes asini et camelū illius oppidi ad quendam vsum necessarium illo  
die fuissent assumpti. quo fubat q̄ nobis nequaq̄ seruire poterant nisi in crastino. dice  
baturq; nobis q̄ si die illo tederet ibi nos manere aliam possemus condūcere nauim et  
inde vlgz in mare descendere. et tandem de mari res nostras alexandriā inferte. quod cū  
nobis placuisse et cōducta nauī alia et sarcinis nostris transpositis de priori in eam mas-  
gnis clamoribus nauclerus prior impetrat nauolum. postulans sibi solui. xxiiij. scz duca-  
tos quod tamen trutzelmanno chayrino antea exsolueramus. Sed nauclerus cōstan-  
ter affirmabat nū inde se accepisse. vnde breuiter ut inde recedere et abire possemus nau-  
lum denuo soluere oportebat. nec est enim ibi christiano peregrino locus vel oportuni-  
tas iusticiam inuocandivit ad iudices recurrenti. Namirum priusq; cōtra nequissimum  
illum trutzelmannū chayrinum iure pcessissemus omnem nostram substantiā exposuis-  
semus ipso et in periculo vite nostre fuissimus nō paruo. ob eius tum potentiam tum  
fraudem. Igitur redempti a vexa per datas pecunias per aliud nyli brachium innume-  
ris laboribus rcmorum tractu ei funimus per aliud nyli brachium descendimus in ma-  
recursu ultra modum tardo et lento. Inter hec quidam sarracenus per densum lumen  
cum lancea ad litus veniens procedere nos prohibebat nisi quilibet nostrum vnum sibi  
madinum dedisset. Faciunt autem. xxv. madinivnum ducatum. datis madinis rursum  
in litore multum prospexitus populum cōfluxisse et multa hominū tentoria sic usque  
antea per desertum videramus. Erant autem arabes qui accurrentes funes ex manib;  
trahentium nauim rapiebant nosq; ad litus tractos cōpelabant iterum aperire bursas  
dicentes sui iuris esse q̄ quicunq; eos transiret aut sponte propria aliquid eis exhiberet  
aut certe vi eum spoliarent etiam si Soldanus ipse transiret. Asserunt enī arabes se ideo  
omnium esse nobilissimos q̄ spolijs dumtaxat vivunt. et in solitudine morantur. nec ci-  
uitatem nec villam nec domum ullam habentes sed cum tentorijs de loco ad locū trans-  
migrantes. Ipsis sic muneribus cōpescitis in quandam venimus planiciem vbi nylus  
ex vtrraq; parte alueum suum egressus totam terre superficiem ita operuerat quasi ma-  
re uideretur quo accidit q̄ naucleri p̄ latitudine et effluentia aque p̄fusi verum nyli al-  
ueum perdiderunt. a quo longius proiecti in tenuem deuenientes aquam in incertum  
ferebantur quousq; nauis terre limoq; infixa mansit immobilis stans aliquamdiu do-  
nec naucleri in aquam descendentes maximo cum labore nauim a loco propulerunt.  
quo facto iterum infixa humo stetit. vnde modo simili amota tandem immobiliter ter-  
re adhesit. nec aliquo poterat inde labore euelli quo nostro periculo aliarum nauim nau-  
cleri canthores faci. a via ista nostra diverterunt. Porro vlgz ad solis occubitu ibi ma-  
nentes nō paruam die illa et nocte sequenti miseriam patiebamur. nullum coctum cibū  
sed paucim dumtaxat patimaciū rescentes et bibentes aquam turbidam ex nyllo. in me-  
diis fluctibus diem illam et noctem agentes. In crastino vero diuio munere vento as-  
flante secundiore impletis velis inde fūmus erexit. et ita vlgz ad ostium quoddam pri-  
uatum arte factum per quod nylus influit in mare repente eieci. Lungz iam pene in li-  
tus venissemus alexandriā iheruz nouas exponere pecunias et dare naucleris cogeba-  
mur. de quibus in cōventione cum eis mentio nulla fuerat facta. Tandem ex nauī in ter-  
ram descendentes res nostras et sarcinas in singularem reposuimus locum. eo q̄ super  
litus maris multa substantia de speciebus aromaticis erat constituta. et sarraceni circa  
eas et camelarij cum camelis res ipsas in Alexandriā ducuri que adhuc ad tria mi-  
llaria germanica distabat non parua. Porro contentio magna inter camelarios erat.  
quis corum prior suis inueniret res camelis imponendas. Pari modo de rebus

nostris accidit ferendis. **I**gitur a mari procedentes versus Alexandriam fertilissima montana palmis repleta habuimus ad dexteram. ad sinistram autem latissimum campum in quo salis fontes sive saline extant. **O**mnis nang aqua tempore inundationis nyliz et excrescentie maris in sal sapidissimum solis seruore decoquitur. **A**nder regio illa tota est alba quia sale vndiqz respersa. **A**ccelerauimus itaqz iter eo qz fame et siti. vigiljs et laboribz affecti. **Q**uipe qz triduo absqz cocis cibaribz fueramus ipso eodem fero alexandriam ingredi sperabamus. **V**idimus autem in processu multas veteres structuras sive ruinas. quasi grandis aliqua ciuitas olim ibi sterisset. venimusqz ad quendam clivum per cuius crepidinem cum ascendissemus gloriosam ciuitatem Alexandriam sub oculis habebamus. mare magno pro parte vna cinctam. pro alia amenissimis et fertilissimis ortis circu septam. **E**st enim vbera sat is gleba. qz suo tempore fecunda nyliz aqua irrigatur. ibi crescut musi fructus scilicet dulcissimi quorum similes vidimus in orto balsami in maxima copia. ita talij fructus varij de pomeronibus lemonijs dactilis cassia citrinis siccibus rhuinstmodi. sed pira vel poma ibi crescunt nulla. **S**unt etiam in illis viridianis habitacula hominum pulcherrima pro hominum recreatione facta et. **I**bi aues capiuntur quedam candide et albissime qz merule nucupantur. **I**bi et leopardi inueniuntur quos arabes adhuc paruos capiunt et vendunt vnum pro ducato. **I**gitur cum ad urbem ipsam venissemus portam proximam per quam intrare volebamus sarraceni clauerunt. atqz nos per totam ciuitatis latitudinem supra fossata ciuitatis circumire coegerunt et id pedestres. et cum longo et tedioso ambitu ad aliam venissemus portam. crudeliter repperimus exactorem qz de hominibus camelis et asinu rectigal graue exigebat. quo soluto introiessi per primam portam altam et magnam ferreis seris et ianuis firmatam. putabamus nos in pace vscqz ad hospicium peruenturos. processimus ergo inter altos muros et fortis. tandem aliam portam venimus ferream et grandem. quam multi sarraceni circumstabant cuqz intrare cum belis nostris contendemus. fustibus nos retrosum abegerunt. moxqz currentes aliqui primi etiam portam. seris et repagulis recluserunt. et reuersi etiam hanc secundam claudentes. nos in medio stare dimiserunt. atqz ita conclusi inter duas portas altissimis muriis et turribus circu septi sedentes paximates nostros comedebamus. et aquam que cara et modica nobis erat potabamus. nec aliud quippe etiam hac vice habere poteramus.

**D**orro nocte illa pleriqz ex nostris coperegrinis murum exteriorem ascendentibus fortalitia et fossata per circumitum contemplabantur. qui nunquam se pulchriorē aut melius munitam ciuitatem decoris membris et firmis. altisqz muris et turribz vidisse affirmabant. ab intus autem non ciuitas sed pene acerius lapidū videtur plena ruinis et desolationibus. **L**um autem mane illuxisset apertis portis pro trutzelmanno nostro Alexandrino nūcium misimus rogantes ut cōtius adueniens nos introduceret. qui cum venisset. literam quam a Soldano acceperamus ei dedimus. dominis in porta residentibus exhibendam. quam acceptam. osculato reuerenter sigillo legerunt. lecta vero litera incipientes a nobilioribz peregrinis vnu post alum nudantes vestibz perquisierunt. inter quos dominus Johannes de Holms primus fuit sic perscrutatus. deinde alij per ordinem. **Q**uicquid autem de pecunia talibz rebus venalibz apud nos in portis et saccis inuenierunt. in locum vnum seorsum depositos posuerunt. tecum omnia et singula exakte perscrutati fuissent secundū rerum porti onem pedagīū acceperunt. clericos et religiosos immunes et absqz thelonco transire permittentes. Nam quicquid infertur vel effertur. decimus de eo denarius exigitur et nemini in hoc villa fit gratia. **I**ngressi ergo ciuitatem cum tam miserabiles vndiqz cerneremus ruinas obstu pūimus. ammirantes vehementer qz tam miseram ciuitatem circu darent muri tam firmi et decori. **D**ucti ita in curiam regis sicilie que ē fortis cathaloniorum. ab ipso curie inhabitatore qui consul cathaloniorum cognominat humaniter et benigne fuimus suscepti. assignatisqz cameris res nostras iculimus in eas. **E**st autem fonticus domus grandis in qua et negotiatores et merces eoru con-

seruantur ubi et forum rerum venalium habet. Quaenam enim et veneti in alexandria duos habent fonticos etianenses unum. peregrini tamen ab olim in fontico cathaloniorum se recipere consueverunt. Nam et ab eiusdem fontici consule proteguntur trutzelmanno Alexandrino sibi auxiliu ferente. Hor rebus collocatis peregrini nobiles conspectui. Admiraldi id est prefecti ciuitatis presentandi per trutzelmannum ipsorum alexandrinum conducebantur. quos ille pacifice suscepitos. benigneq; allocutos singulorum nomina exquirens. in carthaea iussit conscribi. sicq; ad sua redire loca permisit.

Porro quidam ex nostris coperegrinis facta conuentione cum consule cathaloniensi. cōmensales eius fuerunt. cibo et potu perparco utentes apud eundem. qui tamen non nisi argenteis vasis inferebatur. Alij vero cum domino de Holms in sua manserunt camera. edentes et bibentes iuxta votum et placitum ipsorum.

¶ Altera die que fuit. xxv. octobris post auditam missam in capella curie memoriae que capellanum habebat sacerdotem religiosum de ordine predicatorum. clamor magnus et tumultus strepitusque populorum insonuit iuxta mare unde exterriti in altiora conserdimus curie loca. inde prospecturi quidnam esset. Et vidimus fustes et griffas cum armatis nauibus applicare in portum. quem intrantes bombardarum fragoribus et clangoribus tubarum populorum clamoribus aerem replebant. Erant autem sarraceni quendam prepotenter de africa sarracenum conducentes qui in mechā sepulchrum mahometi visitaturus peregrinabatur. In mari autem existentes idez sarraceni inuentam nauem cum. xiiij. xpianis rapuerunt. rebusque inter se diuisis ipso xpianos alexandriam vendendos adducebant. Ipos vero sarracenos cum ad litus applicuissent manaluci alexandrini et ciues armis decorati de ciuitate exirebant horrofice suscepserunt. et cum pompa magna ac multis clamoribus ciuitatem introducebant cum spolio presato.

**O** xxvi. octobris que fuit dominica. xxij. post octauas trinitatis audita missa sumptuosa prandio domi mansimus quiescentes. neque enim adhuc se cure tuteque exire poteramus. eo q; trutzelmannus alexandrinus (cui quam tenebamur pecuniam nondum et solueramus) debitam nobis necdum prestitit tutelam. Quia videlicet pecunia soluta (magna satis) in crastino nos ad portas duxit ciuitatis que dicit ad mare. et dominus qui in porta sedebant nos exhibebat. in trandi et exundi quotiens liberet nobis indulxit libertatem.

¶ Sequenti die que fuit Symonis et Iude post diuina celebrata. in cum ducti sumus locum ubi quoddam erat career et adhuc est. in quo inclita virgo et martyr sancta katherina expoliata et scorpionibus prius cesa. diebus duodecim sine cibo et potu misera clausa fame et sui crucianda. sed dominus cibum ei per columbam ministravit. In quo etiam loco regina et porphirius miles. angelorum viderunt exercitum circa martyrem eam consolantes et ad tolerantiam martyrum animantes ut habeatur in eius legenda. In hunc sanctum locum post multos rogatus sumus introducti. et vidi mus ante dictam carcerem duas marmoreas stare columnas satis eminentes. ab invicem passibus. xij. segregatas. super quas horribiles rote seu machine fuerant locate et posite. quibus virgo ipsa speciosa debuit discindi frustatum. sed ea orante confacte sunt et quasi quatuor milia gentilium inde necati. Eodem etiam in loco quinquaginta illi resthores qui de diversis vocati prouincias illo congenerunt. in omni sapientia eruditum cum katherina coram cesare disputatorio ceramine pugnaturi. quos virgo ipsa sacra. maxima in labiis eius diffusa gratia a deo denuit ut et responsis deficerent. et se conuertendos ad christum apertos vocibus exclamarent. Caesar ipse furibundus igne fecit cremari. sed vestibus eorum et capillis illeska multi crediderunt in christum.

¶ In de transentes venimus in locum ubi aula alexandri magni ferebatur stetisse. nam hodie in signum et memoriam eius stat ibi mire altitudinis et latitudinis columna ex lapide uno preciosissima. capitellum habens acutum que procul cernentibus quasi turris alta apparet. Est autem coloris rubei multis caracteribus inscripta. qui veterum literis suisque exhibetur maior multo et altior illa columna que rome ad sanctum petrum hodie stat.

quā dicunt olim ex alexandria iuxta illam fuisse collocatam t inde romā translatam  
Est talia foris alexandriam altissima colūna quā pompeyanā nominant. quia eam  
pompeius in sui memoriam fieri fecit. quā etiā vidimus in ingressu ciuitatis.

**A**nde pro gredientes venimus ad ecclesiam ad sanctam Sabban appellatam edi-  
ficatam in eo loco vbi virgo sancta katherina ante passionem suam in curia mora-  
batur regali. familia suam defuncto patre Costo rege cuiuscumque erat gubernans. hāc  
ecclesiam greci monachī inhabitant.

**L**ocus autem vbi martyr xp̄i katherina fuit decollata hodie monstratur extra ur-  
bem alexandrīnā. **S**untq; ibi duc marmoree colūne magne in eius memoria quon-  
dam erecte. fuitq; ex eo loco corpus eius virginēū angelicis manib; in montem sy-  
nai transportatum. **H**ic locus tempore passionis t martyriū sacre virginis fuit in-  
tra ciuitatem alexandrīnam que tūc temporis multo maior t latior fuit atq; glorio-  
sior qd nūc sit. **E**st insuper in ipa urbe ecclesia ad sanctum marcum dicta. quam Ia-  
cobite inhabitant in eo loco constructa. vbi ip̄e sanctus euangelista perhibetur ha-  
bitasse. t se numero diuina ibi officia celebrasse. **N**uāq; em̄ pro sua humilitate pol-  
licem sibi abscederit ut sacerdotio reprobo haberes tñ dei preualete iudicio t auctori-  
tate petri alexandrie est episcopus ordinatus. **H**oc in loco missam in pasca celebrās  
fune in collo eius missō tractus est per ciuitatem istam. gratias agens deo. **I**nde re-  
clusus in carcerem a xp̄o ihu t angelis sibi apparentib; confortatus cum postera die  
iterum ad collum eius funem ligarent ac p ciuitatem traherent ait. In manus tuas  
domine cōmendo spiritum meum. ita spiritum reddidit creatori. **H**oc in loco a ve-  
ris religiosis sepultus primū fuit. sed postmodum apud venecias est translatus. **E**st  
t alia ecclesia iacobitarum in alexandria que ad sanctum michaēlē dicitur. in qua  
est sepultura peregrinorū xpianorum qui ibi manētes debitum carnis exsolūtū. **N**ā  
t dominus Johannes comes de Solms dominus in Vntzenberg iunior t no-  
biliar inter nos cōperegrinos dissenteria veratus cum diem ibi clausisset extremū:  
omnibus deuotissime suscep̄tis sacramētis. hac in ecclesia fuit tumulatus. **C**uius  
transitus t mors profecto merori t luctui nobis multo fuit.

**D**estenditur quoq; alexandrie locus in quo sanctus Johannes elemosinarius  
quondam patriarcha alexandrinus. martyriū suscep̄t in confessione vere fidei p-  
sistens. vt in eius legenda habetur. **S**unt preterea in quatuor fonticis xpianorum  
in alexandria. pulchre quedam t ornate capelle. capellanos habentes laudos vel re-  
ligiosos presbiteros vel seculares quas intermanendū ibi sepius visitavimus. **P**or-  
ro his dieb; quib; alexandrie fuimus. multe nauies galee t fusiles in portum applicu-  
erunt. multeq; siebant depredationes. **N**am veneti nauem vnam onerariam neapo-  
litana que alexandriam properabat spoliaverunt. co q; tunc temporis graues in-  
ter eos t regem Neapolitanum iniuricie t guerre versabantur. **A**dvenit etiam illis  
diebus galea quedam xpianorū de transmarinis partibus in qua alemani quidam  
erant qui t direrunt nil aliud in sua habere galea. nisi nubes auellanas in valore. x.  
miliū ducatoꝝ. que in orientalib; non crescunt terris t proinde care illic habentur.  
**F**erturq; p vltra centum annos ibi sunt durabiles. ita p nec marcescūt nec tabescūt  
nec vermb; corrodūt. quib; tamē defectib; apud nos vtravnu seruate annū sub-  
iacere noscūt. **I**llis etiam dieb; videntes alexandrii qui per mare vagabātur na-  
uem alienam portui applicare. team expugnantes ceperunt. captamq; introduce-  
runt in portum victores. spolia inter se distribuentes more piratarū. **N**isi em̄ naues  
alexandriam applicare volentes potenter sint armate ab ipsis alexandriniis anteq; in  
portum venerint spoliantur. quem cum intrauerint secure sunt qdū steterint in eo  
**G**randis etiam est sarracenis cura pro custodia portus illius. vnde t duos qui intra  
ciuitatem habētūt montes. qui hominū manib; facti sunt assidue cōscendūt ut ma-  
ria contemplantur. longe lateq; inde prospicientes si qua videant vela que mox vbi  
viderint Amiraldo denūciant. qui cursoriam emittens nauiculam de cōditione in-  
quirit aduentantū. Et qd̄ forte creditū sit difficile tamē omnino ita sese habet qd̄

narrabo. **I**psa Amiraldu sump apud se quasdam disciplinatos habet colubas sic edocatas ut quocumque perreverint inde in ipsius amiraldi curiam reuertantur. **A**rum duas aut tres naucleri emissi in occursum naniū secum recipientes educunt per mare. vñq ad locum in quo aduentantes possunt explorare. vbi mox conscriptam cedulam continentem que scitu necessaria sunt ad collum vnius suspendit columbe. eaque sinunt auolare. q continuo volatu ad mensam vñq amiraldi zedulam afferens quales sint venientes indicat. **O** si post primam emissam colubam aliud quidpiam amiraldo fuerit significandū mox secundam emitunt colubam vel etiam tertiam si necessesse fuerit. et ita longe anteq̄ nauies portum intrent amiraldu de eis ē eductus. dicitur etiam q̄ alias habet colubas quas vñq in Hayrum transmittit ad Holdanū tempore quo aliquod repentinū et arduū inciderit negotiū sibi necessario significandū. **P**orro si naucleri ab ipso amiraldo missi naniū conditions inuestigare ne quinerint. hoc ipm per colubas sibi renūciant. qui statim armatas mittit fustes tradens in mandatis ut aduententes inuadant. depdcentur. et spolient. qd et faciunt nisi eos innenerint fortiores ut dictum est iam supra.

**D**e tandem. xxix. ad loca ciuitatis videnda hincinde euagantes. merces p̄fertim considerauimus fonticorum qui omnes pleni mercib⁹ erant. p̄ter solū fonticum cathaloniorum in quo nūl aliud nisi quidam seuissimus iacebat leopardus fune ligatus.

**P**reterea sarraceni et xpiani passim in eo pariterq̄ comedebant et bibebant. Januensiū vero fonticus domus vñq pulchra et magna erat. et multi negotiatorēs et merces preciosae in ea. **I**nde ambos venetorum perlustrauimus fonticos. et p̄ter merces quas ibi repperimus copiosas. vidimus strutiones in eis grandes incedere. q ferrū sibi projectum comedebant. **P**orcū etiam ibi veneti nutriebant quē solum et vnicum in transmarinis partib⁹ illic consperimus. **M**ulto em̄ magis sarraceni ab hominā tur porcos q̄ indei. qui nec illum vñū paterentur viuere nisi ad p̄ces venetorum. Holanus ei vitam indulssisset. **N**emū tburcorum intrauiimus fonticum. in quo negocianū multis erat tumultus. sic et in fontico mauro et thiporum. sic in fontico tartarorum. vbi p̄ter cetera. nobilissimas res id ē homines. vilissimo precio vidimus venales vtriusq̄ sexus. iuuenes et iuenculas. pueros et puellas. mulieres etiam quasdam qui parvulos habebat ad vbera pendentes. qui omes ibi sui expectabant ventionem. et vilissime tractantur atq̄ turpissime dum ab emptoribus probantur sanine sint aut egri. valentes aut inualidi. **N**enudantur etiam puelle et currere atq̄ saltere coguntur. et huc in modū varie exquiruntur an sint sine defectu vel non. **G**ingulis autem noctib⁹ omnes fontici per sarracenos a foris claudūtur ne quis ingredi possit vel egredi. sed et his dieb⁹ ipi in muschkeis congregantur et quādo p̄cipuas habent solennitates. nec sunt in alexandria domus velle dictis fonticis pulchriores et ornatores. **H**is perspectis ad mare accessimus vbi magnus erat hominū conuetus circa mercatores qui species aromaticas saccis imponebant. **S**iquidem dū in camelis species ad mare de fonticis educūtur nauib⁹ inferende. sarracenos et officiales stantes in litore saccos euauiant. p̄scrutantes ne forte aliquid p̄ciosum inter species absconditū efficeratur. **L**uḡ ita circa species laboratur pauperes et inopes multi adcurrunt. ea que manus suigerint imponentiū raptim colligentes. et q̄ furtum auferunt mox in via sedentes vendunt.

**O**ne vero. xxx. octobris due quedam alie veneciane galee venientes de affrica. quas galeas de Traffico cognominant. portui applicuere alexandrino pari modo ibi onerande sicut et le quatuor q̄ ibi erant iam onerate. Eodē die tractare cepimus et conuenire cū galearum patronis. super nostro cum eis recessi. et pro certo duriores eos nobis repperimus q̄ sarracenos. Nam q̄ sciebant nos cū eis oportere recedere. multū nimis et insolitū a nobis nauib⁹ exigeabant. **F**actumq̄ est ut in ipa coniunctione peregrinorum societas ab inuicem soluerent. illis in istam galeam alij in aliam se recipientib⁹. nos vero in galea domini capitanei et

Domini consulis venetorum esse maluimus. cuius galee patronus. dominus erat **S**ebastianus cotireni. cotulerunt se quoque ad nos dominum **J**ohannes archidiaconus transilvianus de vngaria. et frater **F**elix ordinis predicatorum de Ulma lector. Conventione autem facta. pluribus adhuc mansimus **A**lexandrie diebus. inuiti tamen et coacti. galearum expeditione prestolantes. quo in tempore dominus in **H**olms ut supra memini. rebus excessit humanis. cuius sepulture et funeri. debitam et oportunam operam impeditimus. planctum amarum facientes super eum. **N**obis autem in nocte ipsa que die precebat omnium sanctorum. **Q**uo mortuo in eam quam cõdiximus secessimus galeam. **A**lexandriam ylterius deinceps non ingredientes saltem ad manenduz. sed in galea dormiuimus manducantes et bibentes cum patrono. **P**ersuasum siquidem nobis erat ut octo vel decem diebus ante galearum recessum. clamdestine eas ingredieremur atque res nostras non simul et semel sed per partes et diuersis temporibus educeremus. quod per singulas custodias sarraceni de omnibus rebus et personis graue exigunt pedagium siue thelonium. decimum denarium de centesimo iuxta suum copotum recipientes. **S**unt autem tres custodie inter mare et ciuitatez. **Q**uarum prima est circa portam inferiorem que dicit in rrbez. **S**ecunda vero longe ab ea in exteriori porta que dicit ad mare inter muros ciuitatis. **T**ertia autem est in litore maris. In his omnibus officiales **H**oldani. omnes tam intrantes quod exirentes diligenter examinant et perscrutantur. et postissimum mercatores et merces eorum. **E**go vero auxilio tritzelmanni nostri **A**lexandrini cui non paucos propinaui ducatos. obtinui quod res mee per dictas custodias sine perscrutatione fuerunt educte.

**P**orro die tercia nouembris ad iussum capitanei galea nostra in altum fuit ducta secus nouum castellum. quia iam nubes parate erant ad recessum. unde omnes peregrini consocii nostri qui adhuc in ciuitate manebant ad suas se presentarunt galeas. que omnes iussi et nutu suo: ex ordine nostre coniungabantur. iuxta dictum castrum quod profecto egregium est et forte portum concludens muniensq; **A**lexandrinum. **E**st enim portus ille multum scopolos. et per scopulos a litore usque in mare murus multis turribus preclarus et munitus est deductus. atque in extremitatibus scopulorum et muri illius. castrum est extructum prefatum in mari. quod modernus **H**oldanus fieri fecit consilio et industria usus cuiusdam mammaluci alemani ex **O**ppehain diocesis **D**agantine natu. qui iam pridem relicto paganismo. ad sancte matris ecclesie sinum reuersus est locuples et prediues.

**I**n portum illum nulla potest ingredi nauis nisi castro huic loco **H**oldani reverentia exhibeat velum remittendo. Verum cum in loco illo consisteremus diebus quattuordecim ibi mansimus. longissimas habentes horas et tedium grauissimo affecti. omni quasi momento galearum transitum expectantes. quo in tempore multis fuerunt vexati molestiis galearum patroni. et unus etiam eorum grauiter vulneratus a sarracenis. multaque eis euenerunt incomoda. qui post galee eductionem a terra in altum: denuo ciuitate intrauerunt. **I**llis etiaz diebus scisma fuit inter patronos alijs recedere volentibus. alijs adhuc manere amplius cotendentibus. et nisi dominus capitaneus sequestrum se et medium interposuerit. ab iniunctem fuissent diuisi. **N**obis tamen enim nec voluit ut quisque recederet donec omnes et singuli expediti essent ad plenum.

**I**gitur cum dies quinta decima nouembris aduenisset: omnibus ad recessum preparatis. prospero flante vento. solitus nauibus. levatis anchoris. expansisque velis extra portum enecti. **A**lexandrinam postgauimus ciuitatez. sub tracto litore ab oculis nostris ita quod in crastino longius eiecti nullam procul vidimus terram vndeque circundati mari. **E**rat autem galea nostra cursus velocissimi vnde et alias longe precedebat. **E**t tunc panibus deficientibus alexandrinis. pacimates siue bies. coctos cepimus manducare. et quod mirum erat in oculis nostris pisces nobis salsi de danubio videlicet sturiones ministrabatur. sed turci per quorum regiones danubius fluit illos ad terras transferunt sarracenorum a quibus veneti eos emunt. **N**auigauimus igitur ex **A**lexandria per mare

bicarum in mare carpaticum. Unde die sextadecima nouembris optata flante aurave loci cursu intra viiiim mare creticum. et suimus die. xvij. illuciente projectisq; ad promontoria Crete siue Candie. insulam tñ ipam nō sumus ingressi. Ingenti vero suim? leticia permoti cum hoc loci venissemus. pro eo q; iam quinq; ferme spacio mensum nullas fidelium videramus terras. iamq; nobis videbatur quasi patriam nostram attigsemus. cum ipsam fidelem et gloriosam insulam Cretam siue Candiam sub oculis habebamus. licet longissimi adhuc distaremus inter uallis a solo natali. Quippe qui iuxta cicadas insulas per Hellespontum. et seuissimum mare maleum navigatur. adhuc Achayam. Albaniam. Dardaninem. Corziru. Hyllicum. Dalmaciā. Schlawoniam. Croaciam. Histriam. et forum Julij ante nos habebamus iuxta earum cōfinia prouinciarum viam facturi.

**O**ne. xxiij. cum ad latus memorare insule crete venissem?. iussit capitaneus cursum galee interciperre. velorum remissione. et projecta schaffa in mare misit. p physicu qui in alia erat galea mandans ut q; totius ad se veniret. Cōsul enim venetianus grauiter ceperat egrotare. pro cuius cura physicus vocabatur. Eius rei gratia inter duas insulas Candiam scz et Nataliam sine proactione voluebamur. Ita et sequenti die festo scz sancte Elizabeth instabili vento buc illucq; projectebamur. quo factum fuit q; omnes galee sic fuerunt cōiuncte q; de una ad alias colloqui poteramus. sed post paululum mutata aura. mare motu inquietissimo feruerescere cepit. nec fuit quicq; in superioribus galearū quod nō procellis vndiq; illabentibus perfunderetur. et cum sol occidisset. magis ac magis tempestas inuoluit. ita q; naucleri et galeothe infirmi superius sub transtris suis iacentes. nec valentes aquarū incidentium ferre perfusionē. magnis apud patronū precibus vix obtinuerunt q; in carinam nauis fuerunt intromissi. vbi species Aromaticae et merces alie cōseruabantur. Fuerant namq; vizginti galeothe infirmati in Alexandria de aquis ibi potatis. Nam ciuitas ipa est subiugata vbiq; cauata et super testudines edificata. Niloq; ex crescente omnis illa cōcauitas aquis repletur sub domibus neq; sunt alie ibi aque nisi ille de quibus homines et iumenta bibunt. et dicuntur aque ille esse infecte et pestile. Inualescentie autē vento imber maximus descendit. et cuncta infudit prius intacta. quo accidit q; patron? et alijs venetiani qui hactenus super castellum in puppi manserant ad nos in carinam fugere sunt cōpuli. eo q; castellum aquis vndiq; replebat. capitaneus vero et cōsul in profundis puppis camerula. clausis desuper hostijs manserunt. Naucleri autē maximos per totam noctē perpessi labores. cōtinuis cursibus et horrendis clamoribus. infirmos grauabāt. qui erat dominus archidiaconus de vngaria. dñs quoq; cōsul magis ac magis cepit destitui. duo vero ex galeothis mortui. nocte eadē in mare sunt proiecti. Sed illuciente die que erat vicesima nouembris cepit tempestas ipa paulatim decrescere. ac mare ipm magis magis mitescere. Tandem ad quandam insulam applicuimus cui est vocabulum Myo. rbi sub castello quod Myum dicitur sicut nautibus per iactas anchoras. in barcis egrediebamur ad litus rbi inuentis cōsocijs nostris peregrinis per montis precipitem et petrosum cliuum ascendimus in ipm castellum nyum. et inuenimus inter ascendendū tres ecclesias de ritu grecorum. ynam inferius circa litus aliā in montis ascensiū. terciā in ipo castello superius. quas ingressi gratias egim? laudantes et glorificantes decum qui nos in terras redditus christianoū. nihil autem repenitimus venale ex his que virtui erant necessaria nec panes neq; oua. Nam qui primi ascenderant tulerant omnia. Est autem ipm castellum satis populosum hominib;. qui in paruis habitant domunculis quasi tugurijs de fructibus insule viuentes. nec sunt alijs eiusdem insule habitatores aut incole nisi isti de castello prefato. Astq; insula ipsa feralis satis et pinguis glebe. Est quoq; castellum ipm retutissimum a grecis quondam potentibus pro mari tutela et custodia super abruptas petras exstructum. Et eo enim per latissimum mare cōtra insulas cicadas et Candiam patulys habetur prospectus.

**D**e crepidine montis aqua descendit clara et dulcis. sed non multum frigida. in vasculis tamen reseruata statim frigescit. **H**ub' monte etiam riuus quidam dulcem continens a quam per vallem currens illabitur mari.

**Q**um vero dies. xxi. illucesceret clamor ingens cuiusdam lamentabiliter fletis in nostra audiebatur galea. eratq; rulatus ille filii domini consilis. qui scz consul nocte eadem vniuerse carnis debitum exsolvens diem clauserat extremum. hunc non solum filius sed cuncti qui virum nouerant plangebat. **B**uslit itaq; filius defuncti patris corpus in terram edoctum ponit in cappella que ibi in litorie erat. super quod illic positum irruens planctus magnus fecit. quem sui coeues a corpore aquilsum in galeam reduxerunt. **T**orpus vero exenteratum lotum. vinctum. et aromatisibus conditum ligneo locello imposuerunt. pice et clavis bene firmato. sicq; venetias ad suum iam pridem electum monumentum ferebant sepeliendum. **N**is omnibus cum interessemus. certa didicimus experientia. confictum esse mendaciz. quo dicitur q; corpus exanimi siue mortuum per mare non possit duci. et preteritu illius signi peregrini etiam nobiles. barones et milites. qui pro tempore in mari rebus excedunt humanis statim in yndas mituntur nec vel ad terras primas sinuntur vehi gratia sepeliendi. **E**odem die quatuor mortuos de galeis sepulture tradidimus in terram quiset mater est viuorum.

**I**e. xxii. festo scz sancte Ceciliae virginis et martyris cum sustulissimus. in mari magni et spacio latitudine vento non satis bono immo aduerso proflus incidimus. Qui quidem ventus contrarius. versus Traciam nos impulit. atq; sub paucarum spacio horarum si eius fuissimus impetum insecuri. Constantinopolium aut Troyam aut Nicropontum. vel altius etiam Athenas mirream et Salathas appulisset. vel etiam in pathmos insulam. Erat quidem ventus ille optimus nangantibus in macedoniam sed nobis inutilis proflus. Conatus pinde maximo ad resistendum tali vento a naucleris facto. Tandem cum multo labore. longe sub hyo incidimus in portum vnu. desertum quide sed firmum. Stephanum nomine. et ibi naues stabiliimus. et quattriduo mansimus: tedio grauiissimo affecti. vento illo aduerso per momenta singula augmenta capiente. Id quoq; preter cetera in malum nostrum adhiebatur q; in nullum castellum introire sinebamur. Indierant enim non paucos ex galeis vita functos fuisse. putabantq; galeas omnes peste infectas. iecirco nos ab hominabatur et prohibebant ingressum negantes. neq; vendere nobis quicq; volebant. non obstante q; domini eorum ciues scz venetiani erant in galeis. Sunt enim loca ista omnia insule et castella sub dictione venetorum licet ea per se non regunt. ut Landiam Lypprum et huiusmodi. sed alicui grecorq; committunt regenda et administranda sub tributo. **N**yxia tamē insula de qua supra mentio habita est sub dominio est cuiusdam ducis grecorum qui et Turco tributarius est et confederatus. Sunt autem regiones ille asperae et durissime glebe. sed et aer satis inconueniens. Idq; nobis magnopere ibi formidini erat ne forte ibi diutius manere oportet. quemadmodum Alexandrinis galeis anno accidit superiori. que hoc in loco amplius q; tringita diebus moram facere ob ventorum contraria tem et pugnam in mari cogebantur.

**I**nde tandem nauigantes in mare malecum mare vtiq; scuissimum peruenimus. in quo plurima pericula consequentibus fuimus experti diebus. que viꝝ rullis possent enarrari verbis aut litteris designari. Et profecto ut est apud virgilium. venimus nymborum in patriam. loca feta furentibus austris. inter luctates ventos tempestatesq; sonoras. Ibi venti nutu colli principis sui. ut poete singunt velut agmine facto. Nua data porta ruuit et terras turbine perlant. Incumbuntq; mari totumꝝ a sedibus yinis. Una eurusq; notusq; ruunt creberq; procellis. Africus et vastos volvunt ad littora fluctus. Hoc in genere dicto ut historie mos geratur nauigatio ista per mare illud tempestuosum p; ce teris periculosior. et accuratius et latius necesse est ut explicetur.

**K**igitur sub diem. xxviiij. nouembbris mutato vento non quidem in meliore sed  
in fortiorum. ferebamur cōtra maleam impetu grandi. ac si vi eam vincere cō  
renderemus. Ulrum tamen gubernatores nostri paruam spem habentes de  
transitu malee. sequebātur ventum fortune iudicio se cōmittentes. Si enim  
illa die maleam viciſſemus. in crastinū motone fuſſemus. et cōſequenter facilem nau-  
gationem per Achaiam. Moream. Ilicum. Dalmaciam. et Troaciam. in Histriam  
et Italiam habuiſſemus. Est autē malea promontorii grecie asperimū. quod quinqua  
ginta milia passuum infra mare p̄tendit. circa quod vnda adeo ſeuia eſt. et impotente  
impellitur ut naues pertransire volentes a ſe repellere et persequi videatur. Portet enī  
nauigantes de macedonia et grecia in achaiam et moream. pertransire ad cornu illi⁹ p-  
montorij quod eſt multū altum. acutum. et ſcopulis de profundo maris in altum vſq;  
ad nubes ſe erigens. cuius cacumen eſtate et hyeme eſt niuibus opertum. tot autē venti  
in cornu illo conueniunt quod mare cōfusſimum reddunt et nauigationē difficultā.  
Dum enim nauigantes cōtra eam per adiutorium alicuius venti vſq; ad aciem perdu-  
cti fuerint. mox ut prora roſtrum ad modicū extendere incipit. afflant aliquando ſepem  
aut octo aut nonū venti. qui omnes prora reuersa nauem cum impetu reſciunt. vnde  
ſepe contingit q; naues per tres aut quattuor menses in illa parte malee manere cogūtūr.  
Illa difficultas ſemper fuit ibi.

**U**nde vetuſſimi poete reperiuntur in carminib⁹ ſuis yronice cōpaffi fuſſe grecis.  
pro eo q; cum dīs pugnantes innumerabilē multitudinē hominū perdidérūt. quos ſi  
ſeruaſſent ſufficienſt ad hoc q; per medium malee gurgitem ſodiffent et a ſupremo ver-  
tice rupem ſcidiffent vſq; ad fundū maris et manib⁹ interfectoꝝ cannale et viam nau-  
bus feciſſent ne in perpetuū nauigantes tantū labore et tantā temporis perditionē pa-  
terentur girando maleam. Et profecto ſi mons malee eſtet per mediū diniſus. multo ci-  
tiuſ redirent naues de oriente in occidente. et de Asia in Europam. nec potest fieri nau-  
gatio niſi quaſi ad cōtactum cornu malee. cū reliqua maris latitudo ſit tota ſcopulis ple-  
na. Dicitur eſt autē mons ille malea a maleo rege turrenoꝝ. qui tubā eneam primus  
inuenit et in montanis illis degens piratica cede mare infestabat. Fecitq; in monte tem-  
plum appollinis. et montē ſuo nomine nuncupauit. Hunc vero dudum deſtructo tem-  
plo appollinis in cornu malee edificata eſt capella sancti Michaelis. vnde et vulgares  
cornu hoc alam sancti michaelis nominant. et opinantur q; sanct⁹ michael ala ſua ven-  
tos cōcūtiens ſtans ſupra cornu. naues dum ſibi placet repellat. Iccirco marinarij invi-  
ctoria malee laborantes. orationes ad sanctū michaelē faciunt et vota vouēt ut digne-  
tur alā qua ventos mouet et mare cōcūti retrahere. quaten⁹ poſſint tranſire.  
In radice malee eſt ciuitas que Malfasia dicitur. iuxta quam crescit precipuū viñū qd  
nominant malfaticū. et ab hoc viño tranſulit vulgus nomen in viñum creticum. quod  
nunc per mundū dicitur malfaticum. quod tamen non eſt de malfasia ſed de Reta vel  
Alandia vel motona. Laurent autē nauium gubernatores ne ad malfasie portum appli-  
cent. quia dicunt pefſimos grecos ibi habitare. ideo potius ſiunt naues reuerti ad in-  
ſulas cicladum per multa maris ſpacia. et dicunt q; a malitia hominū montana dicantur malea. Igitur cum tota die cōtra maleā nauigassemus et cornu eius attigissemus re-  
penſe retruſi ſumus et adeo impetuosi reiecti q; tota clafis fuī diſſoluta et nulla galea  
mansit cum alia ita prope ut poſſet aliam videre. et cum hoc ſeuifſimā tempeſtate paſſi  
ſumus ita q; galestroli cogerentur vela tempeſtatiibus apta appendere.

**O**rum die. xxix. iterum cōtra maleaz ire tentauimus licet ventum nō niſi pro-  
ſex pannis accatonis habuerimus exiguum. nobis autē cōtra maleam ppe-  
rantibus aduolabāt etiā alie galee cōſerue noſtre quas perdiſeramus. Dum  
autem aduesperaſſet prope promontoria ſumus et cōtra cornu velocifimo  
cursu properauimus. Sed cum iam aciem atūngere velle⁹ et magno conatu vna ga-  
lea poſt aliam in ſuo ordine pertransire ſatageret. ecce ventus cōtra nos erupit et primum

galeas rapuit et impetuissime retrusis cōtra sequentes que accedebant. fuitq; mirabile  
vslū et nō expertis incredibile q; naues in eodem frēo lateraliter iuncte cōtra se proce-  
debat agitate cōtrarijs ventis. ille cōtra maleā pleno velo rebebantur. alie a malea in-  
flatis velis ecōtrario redibant. et circulum cum naubis fecimus sicut solent circumire  
corisantes. Reiectis ergo omnibus galeis in frēo inutiliter retro maleam iactabamur.  
arte obſtentes ne ventus nos in cicladas insulas reportaret et ita diem fieri prestola-  
bamur.

**T**Je. xxx. que erat Andree apostoli et dominica prima aduentus. surrexit ante  
lucem ventus omnino nobis cōtrarius et fortis. Quod ridentes gubernato-  
res nostri et de transītu malee desperantes. cōmiserunt vela ventis et iactati su-  
mis cōtra aquilonem grandi impetu iterum in insulas cicladum longius a  
malea q; sit a colonia vslq; venetias extra viam nostram. et intrauiimus per scopulos et  
rupes festinanssime vsl cautelis et ingenis multis.

Poero per quoddā canale angustum et strictum ingressi in portum latum et securum  
ac montibus altis munitū incidimus in radice insule milo dicte naues stabilientes. Re-  
perimus autē in ipso porru quattuor onerarias naues venetianas que venerant de sy-  
ria. et in baribō capadocie onera suscepserant merium. Hi autem qui in naubz illis  
erant cum classē nostrā vidissent ingredientē ad se. cōcrepabant tubis buccinis et tim-  
panis zc. et emittebant bombardarū sara sperica contra montana cōclamabantq; invi-  
num vocibus altissonis. pariformiter et nostri faciebant in signum leticie et iocunditaz-  
tis. et videbatur mare et terra moueri a sonitu bombardarū et clamantium et buccinan-  
tium. Classis illa de Syria sicut et nostra multis diebus laborauerat in transītu malee:  
sed inuanum. Fuerūt etiam ibi alie naues que de malea in hunc portū fuerāt plecti.

**R**ima decembrib; augmentati sunt venti cōtrarij et disposuerūt se omnes na-  
ues ad tps manere in portu illo. Eodez die misit capitaneū nauū syrie nunci-  
os per omnes galeas. et inuitauit ad prandium alios capitaneos et patronos  
et omnes principales officiales nauū et gubernatores et dominos. et instaurauit gran-  
de cōiuuiū extra galeam in litorē maris. Descenderunt ergo in terrā tres capitanei sc̄z  
capitaneus nauū Alexandrinarū cum suis tubicinibus. qui sub se habuit quattuor ga-  
leas oneratas preciosis mercibus et bene armatas. Capitaneus item nauū de syria  
cum suis tubis. qui etiam sub se habuit quattuor patronos quatuor galearū. Capita-  
neus quoq; de Afrīca aliter de Traffica cum suis habens sub se duas galeas armatas  
et oneratas. Iste inquā tres capitanei cum decem patronis et omnibus nauū nobilibz  
dñis et officialibus ad tabulas paratas in litorē cōsederunt. Post epulas diuersis exer-  
citūs et solatij varijs in litorē colludentie pulchrū cernentibus spectaculum prebue-  
re. Erant autem in illis decem galeis ut opinor vltra sex milia bombarū quorum maior-  
pars in litorē solatij et cōiuuiū causa cōuenerat.  
Die illa aduersa perascente singuli in singulas galeas suis in sc̄ffis ascenderunt et mansi-  
mus in illo portu per dies aliquot.

**D**Je quinta decembrib; facta tranquillitate classēm soluūmus et tractu remorū  
naues paſsim omnes educebantur. quia nō erat tūc ventus sed bonatza id est  
tranquillum. Sic enī a nautis maris tranquillitas appellatur. Unde oēs de-  
um precabantur pro felici transītu malee. Detrīsta vero quidam ita exorabat. Ach pa-  
ter omnipotens tantis miserere periclis. Atq; tuis thesauris ventos dimitte secundos.

**I**gitur cum de sc̄polis ad mare latum venissemus surrexit ventus lateralis pro  
transītu malee inutilis prorsus. processimus tamen contra maleā cum tota classe. sed fa-  
cta nocte inualuit ventus nimis cōtra nos et tenebris ingruentibus facta fuit seūfīma  
tempēstas. Et mare elevabat sine cessatione supra galeam. Eleuauerunt se flumina. ele-  
uauerūt vocē suā mirabilēs elationes maris. mirabilēs p̄lus. Incidebat pīnde aque  
supra modū. ita ut audēter dixerim q; in illa nocte ultra centies fluctib; inuoluti fuimus  
et vndis operi penit? nō quidē pīnue sed subito nauis operitur et in ictu oculi transīt

**D**omnia autem superiora galee in aquis natabant. Et ipsi marinarii tota nocte in aquis currentes vela crebro mutabant.

**P**orro tempestate illa durante cum naues ab iniuicem longius essent separeate una vi ventorum acta ad latus nostre galee grande impetu impegit vehementer. barcamq; collateralē dirupit penitus et destruxit nostra vero coquinam fregit eius et omnia que in ea erant.

**Q**uantum autē terorem cōtactus ille galearum nobis omnibus incusserit. q̄uis strepitus fragor et clamor et angustia fuerit nō facile explicari potest. nos enim qui in seruus eramus in carina omni momento interitum expectantes cōclusi in tenebris trepidi maiorem in modum suspensis sic animis stabamus. Cum autem infelix illa nocte transiisset omnes vertiginosi effecti sanctum iudecabamus qua poteramus devotione Nicolaū cuius imminiebat festum dicentes. **H**uscipe nautarū pater nicolae precatus. Assis et solita nunc piegate uis. vel simile in modum.

**O** **N**ostra decembrib; vbi lux clara refulsi vidimus nos nullum habere adiutorium et ventum inutilem fortē nimis existere. desperantes ergo iterū vela vento cōmisimus. qui rapta classe eam cursu velocissimo in cicladas insulas reportauit ad locum vnde nudiusculi egressi fueramus in portum milo. ibiq; naues tonsillis alligatis et anchoris immeritis hyemare ibi timuimus. pro eo q; in diebus patronorū maris mare solito implacabilius habuimus. **S**unt enim scdm. marinianorum estimationē singulares patroni mqrīs sanctus Clemens. sancta Katherina. sanctus Andreas. sancta Barbara. sanctus Nicolaus. sancta dei genitrix Maria et sancta Lucia. omnibus his diebus difficilem habuimus nauigationē demptis vltimis duobus. in quibus si maleam nō vicissemus per hyemem totam ibi manere coacti fuissimus. hoc firmiter tenent marinarii. Multis enim superstitionibus vacant in navibus quādō nauigatio nō est iuxta eorum vota. Alij dicebant q; peregrini terre sancte essent in causa quia res furtivas secum ducerent de locis sanctis. vel aquā iordanis quā simpliciter dicunt impedire nauigationem.

**D** **E** septima decembrib; inutilem ventum habentes. eodem mansimus in loco post prandium vero plures orationis gratia ad litus nauigantes in cappella que ibi erat in honore virginis Marie dedicata eidem sese cōmendauerunt. Alij cantabant crebro hos versus. denotius ad virginē ipam clamitantes. **S**alve splendor firmamentū tu caliginose menti desuper irradia. Placa mare maris stellula ne inuoluat nos procella et tempestas obvia. Videbatur autem nobis tanq; sese inclinans virgo Maria sic nos affaret. vento in melius mutato. et classe ad recessu aptata. Pergite iam miseri sancta theotocos inquit. At velis in flatis portus intrate salubres. Ante solis ergo occasum portum exiūmus et iota nocte in lumine lune tranquilla nauigatione profecti ventum sequebamur optatum.

**O** **E** autem octaua que erat festum cōceptionis beate virginis fortiter processimus cōtra maleam eaq; post meridiem cōspecta cōterriti sumus metuentes iteratam repulsionē. Sed aduersa sc̄ente die vento semper in melius confortato repente cornu illud sensim malee sine labore pene superantes sub vnius horae spacio decem et octo miliaria pertransiūmus. Hoc cum fieret ingenti omnes gaudio fuimus exhibilati tubicines pre leticia canebant. et omnes galiothe cōclamabant omnesq; pariter vociferabantur deum laudantes. Interea vero nocte incidentis prohibuit ne ventū bonū sequi luxta votū possemus. q; ad latus sinistrū pmotoriū malee habuimus. Ad dexterū autē mare scopulis et cautibus plenū. nec erat portus in quē intrare possemus. Iccirco remiserū gubernatores omnia vela. naues ad latiora loca natare pmittentes. dimittentes eas ibi ad sortem in deūis aquarium currere sicut currit equus lascivus et effrenis. nunc cum prora nunc cū puppi se erigentes. nunc ad hoc nunc ad illud latus se inclinantes. et monibus cōtinuis et importunis agitabantur inter seuos fluctus nec stabant nec progrediebantur. Propterea noctem inquietissimam

habuimus plusq; in tempestatibus vllis. Statim autē vt sol resulſit quinq; erectis ve-  
lis. progressi sumus inter scopulos et cautes. atq; die. xiiij. decembris ad Dotonāveni  
mus ciuitatem. Eo tempore per diem naturale centū et triginta miliaria cōfecimus ve-  
locissimo nauigio. et inuenimus ibi sex galeas quas ante amiseramus inter tempestates.  
Ibi ergo portū ingressi et nauibus stabilitis ingressi missam in cōuentu fratrū predica-  
torum audiūimus cum multo desiderio qd diu nullā missam audiueramus. Post mis-  
sam omnes pariter peregrini ex oībus galeis cōgregati cōuenimus in domo dominoꝝ  
teuthonicorū comedentes et bibentes in leticia multa gratias agentes deo qui nos de  
magnis liberatos periculis mutua visione fecit letantes. quia ab Alexandria vsq; huc  
nūq; simul omnes fuim⁹. Peracto prandio. qd p dies aliquot didicimus nos ibi man-  
suros ppter negociationē mercatorum res nostras in hospitium cōportauimus. Doto-  
na est ciuitas in cornu Achaye sita in terra cōtinenti prope turchiam. vnde turci ad nun-  
dinas ebdomadales illac cōueniunt cum christianis.

**D**e decimasexta decembris galeas ingressi et classe soluta ad insulam oppositā  
quam nescio quā ob causam nominant sapientiā: applicuimus. et distat per  
miliare teuthonicum a motona per intermediū canale profundissimū. et qd  
nō erat vtilis ventus eiectis anchoris classem ad pedē montis sapientie nau-  
cleri stabilierunt.

**D**ie. xvij. in noctis medio dum omnia essent in silentio subito aspirauit ven-  
tus salubris et bonus. et statim rupto silentio clamores magni excitabantur  
per classem. et ad recessum se parabant. levando anchoras. sursum trahen-  
do barchas et scaphas. erigenda vela. soluendo ac cōplicando spiras. que o-  
mnia fiunt cum violentia festinantiā et cōtinuis ac altis clamoribus. Classe ergo soluta  
a loco illo eiecti sumus per ventum in altum mare vbi mox iterum orta est sevissima tem-  
pestas cuius similem ante non habuimus. et durauit per diem et noctes duas. Omnes  
autem domini de castello transfugerunt ad nos in carmā. nec fuit memoria cibi aut po-  
tus hac tempestate durante. quia coquina erat in aquis tota.

**D**ie. xix. redeunte vento gratori quo et prius vsl fueramus. multas raptim in-  
sulas turcoꝝ et christianoꝝ transiūimus. ut puta insulā Samaffra. Limleā.  
Schefflamā et Azanta. Sopholoniā que capta fuit per turcū anno superio-  
ri videlicet Dillesimo quadringentesimo octuagasio.

**S**ed vicesima mane venimus ad insulam Lorzicam que alias Lorfū appellatur  
bonam et fertile. Et reperimus ibi classem armatā. et magnam charisti-  
am panis et omnium necessiariorū. Necrō capitanus classis armate male fe-  
rebat cōquerens de capitanis classis onerarie qd declinassent in illum portum. cum vix  
ibi pro suo exercitu necessaria essent. Fuit enim magna multitudo nauium et hominū  
mirabilis cōpresso. Illa insula est principiū grecie. et est Rhomani portus munimen-  
tum. ab ea enim facilis est nauigatio in Siciliam in Trinacriā Sardimā Apuliam et  
Italiā. Ex opposita eius parte est Morea. Achaea. et in paucis horis vento flante na-  
uigatur in Patras ciuitatem vbi sanctus Andreas crucifixus fuit. et in Constantino-  
poli et Scutarim et in Calcedoniam insulam. et in ciuitates Sicilie Catbanam et  
Siracusanā vbi sunt montes ethne. ignem spirantes. in quibus ciclopes fabri Iouis  
fulmina fabricant fin poetas.

**T**er vicesimatercia sustulerunt simul omnes galee numero decē cum una nau  
et vna grippa. atq; ita educta classe extra portū intrauimus cum bono vento  
canale latum. quod diuidit Lorziram et Hardamam insulas. Letabantur  
autem valde gubernatores nostri de aura bona. quia alias grande periculū  
imminet nauigantibus in isto canale. pro eo qd in fundo ibi est quedam abyssalis vo-  
rago que vomit a quas maris et sorbet. et dū naues ad locū veniūt subsistūt et rotantur

sta q̄ oportet eas funib⁹ trahere de loco illo. **D**agna ergo celeritate nauigauimus im-  
pellente nos vento et ad insulas gazopolis venimus percurrētes rupem draconis. Ibi  
enim in mari vt supra habitum est rupes quedam est in qua draco olim latitans eu-  
labat aliquādo supra ciuitatem ex opposito in mōte sitam et suo flatu homines interficie-  
bat. vnde homines ciuitatē dereliquerunt que vsc⁹ hodie deserta est habens muros et  
turrem et edes adhuc fortes et recentes. **S**ub ciuitate illa deserta vidimus ecclesiā bea-  
te virginis in qua dicitur ardere miraculoſe lampas quedā ſemper ſine humano ammi-  
niculo aut ſomēto aliq⁹ percurſis insulis **G**azopolis ecce in occaſu ſolis ſubito horre-  
da incidit tempeſtas tota nocte illa durans cum validiſſimo et importuniſſimo vento.  
qui grande velum galee noſtre in plures dirupit diſcidic⁹ partes et multos remos de-  
ſtruxit in uno latere. et ollas ac caldaria circa ignem ſubuertit. ipſumq⁹ ignem extinxit.  
**V**nde maximus in galea ortus fuit clamor invocantū deum sanctoſq⁹ omnes et rota  
repromitentiu. vnde et illud tunc expaſsum fuit velum (papaſigo italico ſermonē co-  
gnominatiū) quod nō niſi in extremo periculo et ultimo exitio apponitur. **S**ic itaq⁹ na-  
ui gantes nimio timore percuſſi per ſingula momenta ſubmeriſionis diſcriben expecta-  
bamus. nimirum procellis vsc⁹ adeo aſcendentibus et excreſcentibus vndis equore io-  
to cōmoto ut nū penitus de galea videretur niſi malus nauis. ſed neq⁹ alie galee que in  
latere nobis erant iam apparebant ſimili ex cauſa. nihilq⁹ erat omnibus in galeis infra-  
vel ſupra qđ aquis maneret intactu. Idq⁹ frequēter accidit nobis inter redeundū ex ale-  
xandria. Necq⁹ tamen nouū eſt vel inſolitu ibi periclitari naues. cum legamus sanctam  
**H**elenam in hoc mari adriatico paſſam fuille tantā tempeſtas ut cogeretur vni clas-  
ſium quo dominus Iesuſ cruci affixus fuerat pycere in mari vt ſedaretur tempeſtas.  
Adeo enim ſeuim eſt hoc mare vt nonnūq⁹ in tempeſtab⁹ ſaxa grandia de profundo  
eleuet. et tanq⁹ lignum per ſuperficiem aque iactet de una parte golfi in aliam.

**O** **I**e. xxiiij. vigilia ſc⁹ natuitatis domini ſedata fuil tempeſtas. et tedioſa tran-  
quillitas ſive bonatza ſubſecuta. nec poteramus aliquem portum apprehen-  
dere ut festu instans celebraremus. In nocte nataliſ domini eramus in ma-  
ri. et per totā noctem fuil tantus tumultus in nauī noſtra q̄ vix poteram dis-  
cere officium noſtrū. galeſtrolis iſtinctuſt credo diaboli tunc plus ſolito laborantib⁹  
vti ſemper ſolent in diebus festiuiſ. Nec ſimpliciter laborant. ſed cum execrandiſſimiſ  
iura mentis blaſphemij iurgijſ et cōuicijſ mutuiſ **I**c. Ita noctem illam ſacratissimā  
pariter et diē dominici nataliſ exegerunt. Eodē die vidimus fine **A**lbanie vel **A**chaye  
et principium regni vngarie. et intranteſ illiricum in quendā ſterilem portum ſtannum  
dictum applicuiuimus. Je die ſancti Stephani ſolita claſſe procedentes partes **D**alma-  
tie attigimus. et vidimus ibi Ragusū ciuitatem prepotentem de qua etiam ſupra habi-  
tum eſt et ornatiss vndiq⁹ galeis ſignis et vexillis ut fieri ſolet magnog⁹ facto fragore ex  
bombardiſ. in modum triumphi preteriuimus. Necq⁹ applicuiuimus ad ciuitatem. pro-  
pter festum tamen et reuerentiā dominice natuitatis cum trincketo dumtaxat nauigauimus. **H**ec ciuitas Ragusina dicitur eſſe opulentior in christianitate. ibi pulchrum et  
notabile cōuentum habent fratres predicatores. Deinde venimus in **L**ursulam ciuita-  
tem venetor⁹ que et **P**repo vocatur. nec portū trahere poteramus. phibente nos vento.  
**S**ole autē ad occasum vergente incidiuimus asperima loca. et ventis cōfortatis ingra-  
uatum eſt mare cōtra nos nimis. Qua propter gubernatores noſtri anxi in dubio ſta-  
bant ſuſpensi. cannale asperimū habentes pre oculis et portum nullū in quē declina-  
rent. deuiauerant enī a vera canali per quod alie galee ſecure ibant. Cum autē veniſſe  
mus ad latiorē locū cannalis: tentauimus ſtabilitę nauem et immerſo bolide inuenim⁹  
excessiā aque profunditatē. et paululū pcedentes iterū inieciuimus bolidem et fundum  
quidē inuenimus ſed nō ad rotū quia tamē nox erat obscura in foribus nec ſydera ap-  
parebant nō poteramus procedere propter ſtillam et caribdum. **D**eſecimus ergo gran-  
dem anchoram que fundum petens nō inueniſſe nec ſcopulos nec ſaxa nec arenam qui-  
bus mordacem dentem infigeret. ſed currentē galeam ſequebatur arans terram de quo

yltra modum torquebatur gubernatores. Rursum ergo cum ingenti labore retraximus anchorā tñ alio loco inieciimus. nec inuenit cui inberere posset. sed cū magno nostro periculo galeam sequebatur. tandem tamē besit. debiliter tamē vt videbatur Ideo nemo nocte illa secure dormire poterat. sed omnes solutionem nauis expectavimus. que si soluta fuisset extremū nobis periculū fuisset.

In die sancti Johannis euāgeliste soluta naui conabamur procedere. sed nec veterorum nec siderum adiutoriū affuit nobis. sed aura obscura que semp nauigantib⁹ est molesta. Tandem inundante pluia cōvertimus nos in ylūrici montana. rporatum tortula dictum intrauiimus. in quo alias duas galeas nostre classis repperimus. terat portus inhabitabilis. desert⁹. et maledictus in q̄ magnō tedio fuim⁹ affecti etc.

In die innocētū classem soluumus et cum prospero vento profecti vidimus ad australē plagam Apuliam ytalie per maris brachium Atrinacia et Sicilia diuisa et in cornu apulie quod in adriacum mare extendit vidimus montem Harganū. In huius montis radicib⁹ est Hepontus ciuitas olim a Diomede montis victore condita. Ibi fuit palladis templū in quo diu seruata sunt ep̄i frumenta. in quo etiā bipennes eret et arma diomedis deposita ostendebantur. In hoc monte Anno dñi quadringentesimo octuagesimo primo. fuit facta apparitio sancti Michaelis. In processu venimus ad oppostum Lizine ciuitatis dalmacie. sed repente lizinam posterantes in Cravaciā projecti sum⁹ et circa solis occasum de latitudine maris ad montana cravacie que est natio vna dalmacie declinantes inter scopulos et rupes Hibicinenses naues alligauimus in portu sterili. qui tamē erat tutus et bene munitus. In montib⁹ em⁹ et collibus maritimis iuxta quos portus tunc sunt stant signa q̄ nauigantes cernentes confusū de mari tempore periculo so ad loca illa. Mansimus autem in portu illo usq; ad sextum diem cum tedio maximo. Uerū in die sancti silvestri. pene omnes de galeis in insulam adiacentem nauigauimus. in qua inuenimus vnam capellam iuxta quam fuit domus fratrum de tercia regula sancti francisci. Capella hec de gratia marie nūcupatur vbi virgo ipsa gloria in innumeris choruscat miraculis. Ad eā etiā in marinis p̄stituti periculis multi se denouēt multa offerentes cum illo salui peruererint.

In crastino die videlicet circūcisionis mane galeam exēentes in eadem capella celebravimus. Ipsa etiam die villam pertransiimus que kano de cista appellat⁹. Et de veteri more et consuetudine id ibi obseruatur q̄ vbi eoventum fuerit. quisquis in galeis et nauibus alteri quidpiam debet. mox soluere compellitur et satis facere q̄ sententiam iudicū in singulis galeis ad hoc deputatorum cui cōtrauenire nemini licet neḡ ab ea appellare. Alio quoq; dissensiones et discordie si q̄ sunt in galeis et eosdem iudices et arbitros sedantur modis oportunis.

Die secunda Januarij vbi ventus conuiuit eduxerūt classem extra portum illum sed cum in latum venissemus surrexit ventus contrarius repellēs triremes contra apuliam et video magna vi reduxiimus naues ad montana cravacie. et in portū larmo dictum incidiimus. ibi q; naues stabiluimus et spectantes ventum. Solacio suis fuit portus ille. altissimis scopulis circūdatus et profundissimum habens canale educi autem nos fecimus et in cacumen altioris scopuli vel rupis manib⁹ reptantes de rupe ad rupem ascendimus usq; ad signum qđ in summitate demonstrans portum ibi stetimus. et longe lateq; per mare respectimus. et conjectis oculis in occidentem maxime exultationis et iocunditatis hauiimus occasionē. Vidimus em⁹ a longe niveos nostros alpes suis candidis cacuminib⁹ nubes attingentes. qui faciūt terminū maris et fine ytalie et lombardie et principiū alemanie. Sub mōte ē villa qđam quā ingressi et emeremus aliqd nihil in ea repperimus nisi pauperrimos schlauos.

Die tercia Januarij cum bono vento portū illū egressi veloci cursu ad zaram ciuitatem epterem venimus. et deinde nouā zaram quā nauib⁹ stabilitis ingressi sumus.

Sequenti die mansimus ibi et ecclesiā ac reliquias videntes corpus sancti senis Symeonis in ecclesia metropolitana repperimus.

**N**oche sequenti incidimus in **C**ornerum qui est pessimus maris districtus et periculosisimus quia mare ibi rapidissimo cursu contra anchoram tendit et nisi gubernatores arte et industria prohibeant mare nauem rapit. et in portum anchoralem longe possum deportat. In illo cornero grauissimam noctem egimus et tempestate valde horribilem passi sumus et quietudinem.

**I**llucescente autem die mitigatus est ventus et venimus in **D**istriam que est natione dalmacie et polam ciuitatem vidimus. et circa vespertas in portum rubinensem venimus. De nauibus autem excentes in ciuitatem Rubinam que in monte est ascendimus ad vespertas in ecclesiam sancte Eusebie virginis. Auditis vespere quod collegium est ibi. aperuit nobis prepositus ecclesie tumbam sancte Eusebie virginis. et corpus eius integrum vidimus. Miraculo enim de calcedonia ubi fuit martyrisata venit in eadem grauissima tumba per undas in rubinam his visis naves regressi sumus.

**D**ie septima soluta est classis et nauigauimus usque ad parentium ciuitatem histriense. Iollo die ibi deguimus. qua aduersa scete classem reingressi et nocte leuatis anchoris cum optimo vento nauigauimus. et cum ingenti leticia. valde enim periculosum est ibi quando non sunt venti opati. pre leticia ergo noctem illa pene insomne duximus et mane.

**D**ie octava venicias ciuitatem vidimus. Porro q̄cito veneti nos viderunt. oes campanas ciuitatis copulsauerunt. et plurimi in barcis obuiam nobis venerunt ut soliti sunt facere in aduentu felici et secundo nauium vel galarum suarum. Ante portum sancti Nicolai extra castella classe stabilita multoq; auro patronis soluto. in barcis portum et ciuitatez ingressi sumus in hospitia nostra. letates maiorem in modum atq; gaudentes. nimurum q; optata denuo litora apprehendimus. multū plus et terris iactati saltu. Sed et magnifice deo gratias egimus qui nos de magnis sepe periculis et angustiis sua clementia et misericordia atq; beatissime virginis et martyris katherine hand dubium interuentu liberavit reduximus cu salute ipse omnium salvator et liberator Christus ihesu in secula benedictus Amen.

**S**ecunde peregrinationis ad diuam virginem et martyrem katherinam  
in montem Synai processus finit feliciter.

Vite sunt Insule a venetis usq; Rodum.

<del>Priona</del> q; villa.	<del>distas</del> a venetis centū miliarib⁹ ytalicis.	sita in Histria
<del>Rosera</del> et <del>Ressera</del> .		pl.
<del>Birbia</del>		xxv.
<del>Vlega</del>		xxx.
<del>Rosera</del>		v.
<del>Nyo</del>		cv.
<del>Sassigo</del>	<u>Distans ab insula</u>	
<del>Premna</del>	<u>proxime posita</u>	<u>miliarib⁹ in Dalmacia;</u>
<del>Anpetina</del>		q.
<del>Selua</del>		q.
<del>Nybo</del>		cv.
<del>Paygo</del>		v.
<del>Ponto duro</del>		cv.
<del>Stantpontello</del>		i.
<del>Hancia maria de mela</del>		i.
<del>Insula grandis de zara</del>		c.
<del>Fruso</del>		cv.
<del>Insula longa</del>	<u>distans ab insula</u>	
<del>zara vetus</del>	<u>proxime posita</u>	<u>miliarib⁹ in Dalmacia.</u>
<u>Ad sanctum Clementem</u>		vii.
<del>Verga</del>		v.
<del>Dorthera</del> cū multis alijs adia		cvij.
centibus q; hic nō nominant.		
<del>Insulare</del>		cv.
<del>Hibenigum</del>		cvij.
<del>Calcisco</del>		v.
<del>Ad sanctum archangelum</del>		cvij.
<del>zessulo</del>		dimidij.
<del>Solta</del>		q.
<del>Bratza</del>		cvij.
<del>Lizini</del>		cvij.
<del>Zissa</del>	<u>distans ab insula</u>	
<del>Gorzuila</del>	<u>proxime posita</u>	<u>miliarib⁹ in Dalmacia</u>
<del>Lakatza</del>		cl.
<del>Zagusta</del>		cvij.
<del>Augustin</del>		vij.
<del>Delida</del>		xx.
<del>Ragus</del>		cvij.
<del>Zroma</del>		i.
<del>Ragusa vetus</del>		vij.
<del>Budua</del>		cvij.
<del>Anthiphara</del>		cvij.
<del>Dulcina</del>		cvij.
<del>Durazzo</del>	<u>distas ab insula prie posita</u>	
<del>zazano</del>		lx.
		In Albania
<del>Affano</del>		l.
<del>Corfona</del>		cvij.
<del>Patona</del>		v.
<del>Rapdelducat</del>		l.

<b>Lanainnata</b>		xxv.	
<b>zaffalonia</b>		i.	
<b>zanta</b>		cl.	
<b>Sirifali</b>		xxx.	
<b>Hetona</b>		lx.	
<b>Sapientia</b>		h.	
<b>Cauerera</b>		v.	
<b>Daphinica</b>		v.	
<b>Lamadappa</b>		lx.	
<b>Lirigo</b>		cl.	
<b>Lamaleon</b>		xx.	
<b>Dilo</b>		lxxx.	
<b>Antemilo</b>		iiiij.	
<b>Polymo</b>	<b>distantes ab insula proxime posita.</b>	cv.	<b>miliaribus in Grecia;</b>
<b>Paris</b>		xxx.	
<b>Pixia</b>		iiij.	
<b>Ayo</b>		ccc.	
<b>Dargoyn</b>		ccc.	
<b>Haffia</b>		ccc.	
<b>Urina</b>		cv.	
<b>Stamphalia</b>		cv.	
<b>Alango</b>		xlv.	
<b>Alasthrooa</b>		cv.	
<b>Piscopia</b>		cv.	
<b>Nyzara</b>		iiij.	
<b>Ad sanctum Nicolaum de cartha</b>		xxij.	
<b>Limonia</b>		c.	
<b>Lazina</b>		cl.	
<b>Rodum</b>			
<b>A rodo nulla alia insula nisi castrū rassō.</b>			

Sequuntur quedam cōmūnia vocabula de ideo nomine sarraceno in latinum  
translata.

Caput	ras	Fulgur	bark	Asinus	hamar
Frons	sabala	Tonitruū	rad	Ullaca	baccara
Erinis	Sbar	Brando	barath	Utitulus	hefel
Oculus	ayn	Aix	delf	Zapra	anse
Buris	eden	Blacies	sylith	Nuis	ganeme
Hasus	onff	Danis	chobis	Luca	rovbe
Os	som	Panis	corban	Anser	ocke
Zabium	soffe	Larnes	labem	Gallus	dic
Zingua	lesan	Laseus	yibon	Gallina	tesee
Dens	zcenn	Piscis	somek	Columba	hemame
Collum	angk	Uuis	thayr	Lanis	kepb
Buttur	mabla	pisa	hellie	canis	kolph
Pectus	sodar	faba	ful	leo	est
Zor	kalb	lens	addes	leo	sebey
Iector	kodeth	ordeum	sayr	vrlus	dubbe
Dulmo	kebd	frumentum	chameche	lepus	arneph
Stomachus	bathan	pomum	doffaba	lupus	dijb
Glenter	kref	pirum	engassa	catta	katt
Brachium	zende	ficus	thyne	mus	fara
Manus	yd	angurij	bathich	mors	maut
Digitus	zabeth	pulmentum	tabich	mortuus	meyet
Dorisus	daber	ouum	beyde	anima	neftz
Latus	iomb	botrus	enep	infirmus	gebennem
Crus	salgk	rinum	nebjd	Zimisteriu	meyba
Genu	rocube	vas	ygrree	sepulchrū	caper
Zybia	kafbeel	fons	ayn	calic	caf
Pes	refle	aqua	moy	liber	keteb
Pedica	bebim	cisterna	byr	altare	bukel
Planta	tatrefle	fluuius	nabar	ducatus	ducat
Deus	alla	acetum	ball	denarius	denar
Angelus	melack	civitas	medine	medinus	medin
Sanctus	caddis	villa	dayan	tremus	terem
Diabolus	sagibhan	castrum	carije	flus	gelt
Rex	meleck	ecclesia	camisse	bonum	sjd
Dominus	arab	templum	haqkel	malum	sarr
Domina	rabbe	domus	bajt	dulce	bellu
Fobilis	metbesum	claustrum	hus	amarum	mozr
Rusticus	vellach	turris	barfo	pulchrum	cayef
Agricola	villach	fenestra	tacka	album	abjas
Hutor	esscheff	ianua	bab	nigrum	esuet
Hartor	bijjath	via	trjek	magister	mallerm
Locus	tobach	molitor	dahan	pistor	besijan
Serius	abjt	ancilla	ceryen	episcopus	osthopff
Sacerdos	kehem	sacrista	kandelocht	vir	rasol
Dulier	amara	pater	ebb	mater	omm
Filius	ebn	filia	bentht	frater	achb
Soror	ocht	amicus	mehed	christianus	nazarani
Zelum!	szama	sol	schiemb	luna	kamar
Stella	nesime	nubis	gear	ventus	baurya

Pluuiia	mattir	lux	dary	dies	nabar
Flox	layl	tenebre	dalme	aer	sobeb
Porta	bab	coquina	madbach	camera	mensel
Infirmaria	maristan	caputium	cober	pileus	slabrim
Tunica	taub	camisia	camis	cingulum	zennar
Galiga	choff	calcius	serbul	pallium	goffara
Irigus	barth	calor	barr	terra	ard
Dons	ezebeb	vallis	zvodin	ager	achlin
Orns	besta	arbor	segara	herba	basis
Urtica	carren	spina	schocke	camelus	szymel
Equus	faras	fur	herami	nequam	sarrir
Peccator	cathij	meum	lij	tuum	lack
Vlos	endom	ille	badack	ego	eta
Ita	ti vel ej	non	la	hodie	ylleom
Cras	gadda	cras	buckara	plane	svroj
Suum	lu	meus	methaq	ferrum	badid
Lignum	rd	lapis	basar	ignis	lumen
Unum	zvoheijt	duo	etmeyn	tres	telate
Quattuor	arba	quinqz	campf	sex	sythij
Septem	sada	octo	themani	nouem	tyfza
Decem	cyschara	vndecim	zvoheytasch	duodecim	tamentasch
tredecim	telatasch	quattuordecim	arbatasch	quindecim	campstasch
Sedecim	sijthtasch	decem et septem	sabatasch	decē et octo	themantasch
Decē et nouē	tijftasch	viginti	ascharin	vigintivnū	zvoheytascharin
Vigintiduo	etneyntascharin		vigintitres	telptetascharin	
Vigintiquatuor	arbatascharin		vigintiquinqz	campftascharin	
Vigintisex	sijttascharin		vigintiseptem	sabatascharin	
Vigintiocto	tementascharin		vigintinouem	tefzatascharin	
Triginta	talatin				

In sequentes historias prefatiuncula incipit feliciter.

**O**nibus explicitis atqz absolutis itinerarijs nostris dūo munere, haud inēd  
gruum reor, quedā adiecta facere, que precipue generosorum atqz nobiliū as  
mimos magis oblectet, quibus potissimū hoc in opere morem gessi talia scri  
bendo, que eis lectu scituqz haud inutilia sed neqz fastidiosa forent. Verum  
vii in primordio huius libelli cōmemoratum fuit, optarem vebemēter preter eum quē  
mibi pr̄stituerā finem principale, etiam hunc nibilominus meo labore accedere fru  
ctum. vti ex his que narrauimus, deuotorū christicolarum animi et pectora, magis ma  
giscqz in dies in perfidissimos et truculentissimos christiani nominis et sanguinis ho  
stes turcos vīcz et sarracenos, zelo bono cōcitarentur robozarenſ accenderenſ, ad exter  
minandū eos de finibz suis vel saltem ad resistendū eisdem dum nostros occupare fiz  
nes, depopulari et deuastare tentant audenteqz q̄ libere, quippe nemine ex aduerso repu  
gnante, in perniciē nō modo totius reipublice christiane, sed et pudore matimū. Ad hu  
ius instituti, p̄positum nō nihil cōducereſ si serenissimi et illustrissimi principes generosi  
strennū et nobiles viri, immo vniuersi christi fideles crebro reuolueret, relegerentqz vel  
saltem nouissima damna et exterminia plurima que perfidi a paucis emensis annis im  
mo nostris ferme temporibz eccl̄ sie intulerūt, et quāqz ea pene innumera sint neqz pau  
cis emetūt neqz esse abscōdita alicui vel parū annoso possint, m̄ quo int̄imius orthodo  
xorum cordibz impriman̄, paucula ex plurimis, et ex pauloante gestis hm̄i malis no  
bis illatis excerpta, his inserenda non ab reputaui, preserūt q̄ in superioribus etiam  
de aliquibz hm̄i mentio habita est. Igit̄ de Lōstantinopolis et Nigroponti in primis

expugnatione brevissime. postac de Rhodie vrbis obsidione latius. Ac demum idrum  
ti captione sub cōpendio agam.

### De Constantinopolitane vrbis expugnatione.

**A**nno domini millesimo quadragesimo quinquagesimo secundo. ciuitas  
Constantinopolitana cum esset obsecsa a turcis. miserunt greci oratores ad sum-  
mum pontificem Nicolaum quintum. implorantes auxilium gentium et pecu-  
niarum. quos non exaudiuit Nicolaus. indignus dicens italiam exhaustam pe-  
cunias. ppter expensas guerrarum. grauare nouis exactionibus. permaxime cum sciret grecos  
se suis pecunias posse iuuare si exponere vellent. conducento gentes. Sed nudati  
omni amore reipublice et tantum priuate rei sue coherende intenti. in hoc inciderunt iudicium.  
vt dicti et capti ciuitate serui effecti. res priuatas suas et publicas perdiderunt.  
Et q̄ habuissent. si voluissent expendere patuit. quia magne diuitie et thelauri multi re-  
perti sunt apud plures psonas etiam mulieres. sed cupiditas excecauit eos. De ipa aut  
captione dicte ciuitatis per turcos. Reverendissimus pater et dñs cardinalis ruthenus  
episcopus Sabinensis. grecus. noī Isidorus. qui tunc erat ibi legatus pape sic scribit  
qui p̄fens fuit. sed manus illorum euasit ne occideretur vel caperetur. quia ingressis in  
ciuitate turcis. habitu dimisit et apparatu cardinalatus et vestibus vilibus induitus in-  
ter fugientes e ciuitate se immiscuit incognitus. et inde ad Peram ciuitatem non longe a Co-  
stantinopoli distantem se duci per mare. pcurauit. Audite hec inquit in principio suarū  
literarū. Audite oēs gentes. auribus p̄cipite qui habitatis orbem. Audite hec omnia  
qui fidelē orbis partē colitis. Ministri. pastores. et principes omnium ecclesiārū christi.  
vniuersi q̄ reges et principes christole. ac vniuersus dñi populus cum religiosis cun-  
ctis. Audite et novum sit vobis. q̄ p̄cursor veri antichristi teucrorum princeps et dñs.  
seruus autē tot dominorū quot vicerū. cuius nomen est Nahumet inimicus crucis  
christi. Heres rei et nominis illius primi pseudo p̄phete et latoris legis spurcissime a-  
garenorum. filius sathan omniū flagiosissimus. qui furis infectus et insanus. sanguinem christianoz sine intermissione sicut. nec extingui valer eius litis post eorū innumer-  
as cedes. Tantocq̄ odio cōtra christum et membra eius mouetur. vt eradere nomē ei  
de terra nitatur. Et inspecto aliquo christiano sibi obuianti se inde existimet sordidatū  
vt oculos abluit et os. immundū se profitens prius. Doc igitur tam terribile et horri-  
dum monstrum. exigentibz demeritis christianoz iusto dei iudicio. in eos seuire et cras-  
sari permisus. ciuitate imperialē nouam rhomā. olim felicissimā nunc miserrimā et o-  
mni calamitate oppressam. Constantinopolim diu obsecsam cepit. expugnauit. spoliauit  
omnibz bonis et pene deleuit. Quis autē (vt verbis vtar p̄phete) dabit capitū meo aquā  
et oculis meis fonte lachrymarū. vt plorare valeā die ac nocte interfectos populis illi  
et scelestissima sacrilegia in ea capture ppetrata. Quis huius horribilitatis memor non  
obstupescat. non litargicus fiat. non pre dolore obmutescat. Nec tñ cuncta enormia expli-  
cabo. ne pie aires audire refugiant sed ex paucissimis relatis cogitent alia. Vix nephā-  
dus. nominibus blasphemie plenius. ciuitate recepta post decapitationē imperatoris.  
cum omni sua p̄genie et nobilitate. plurimos ferreis manicis et cōpedibus alligatos. ac  
collis eorum funibus cinctus. extra urbem deduxit. nobiles plebeios. monachos et mo-  
nachas. mares et feminas. virtute et cōditione p̄claros. vituperabiliter detractos. mul-  
tis iniuriis refertas vt meretriculas et in lupanari p̄stitutas trahebant. tanta et talia cō-  
tra eos agebat. quanta de brutis animalibus et qualia sine rubore fari minime q̄s vale-  
at. Adolescentulos vtriusq̄ sexus a parentibus segregabant et diuisim de eis precio ne-  
gociabantur. Infantes corā genitoribus suis vt agniculos mactabant. Datus filijs  
et geniti genitricibus privabantur. Germani a fratribz. vrores a viris. nurus a sociis.  
lugentibz et vulnibz segregabant. disiuncti sanguinij et amici. in diversis regio-  
nibus serui venditi ducebant. Q̄s amare lachryme. quāta suspiria. quot clamoris sin-  
gultus inter amicos et notos. que miserabiles voces emittebant inter tantas cedes. scr̄

uitates. expulsiones. et cōtumelias. **P**rincipes barones et dñi. bubulcorū porcariorū hominum. effecti sunt famuli. Intra decen niū pueros ad ritus sue perfide secte compellebant. **H**ec quomodo obscuratū est aurum fulgidum sapientie. per tenebras ignorantie. Aurū dignitatis per ignobilitatē seruitutis. **N**uomodo mutatus est color optimus grecce eloquentie. in barbaricē turchie. lapides sancuarij si qui erant cōstantes in fide. dispersi sunt in capite omnī viarū iacentes. pstrati. **D**e ceteris taceamus. humana sunt. sed de iniuris. subsannationibus. cōtumelias. obprobrijs scelestibus erga diuinā. que lingua valeat explicare. quis intellectus capere. que aures patientē audire. ni fallor nūq̄ ita in honoratus deus. venerūt gentes gehenne dedite. in hereditatē tuā. que israel est te videns per fidē. **P**olluerūt templū sanctum tuū ecclasiā nobilissimā sanctie Sophie cum alijs. **I**magine dñi nostri Iesu christi et matris ei⁹ virginis gloriose et sanctoz ac sanctarū dei. insignia viuifice crucis cōspuentes. cōfringentes. cōculcantes. sacrosancta euangelia. missalia. et reliquos ecclasiē libros dilacerantes. deturpantes. cōburentes. **S**acras vestes sacerdotū. reliquaz ornamenta ecclasiē scindentes. ad induimentū suum et ornatū sumentes. vel. p rūli p̄recio conferentes. vasa domini: eius cultui dedicata. in eis comedentes et bibētes. in reliquiū cōflata ad p̄phanos rūlis transferebat. **P**osuerunt deniq̄ carnes sanctorū tuorum morticina scruorū tuoz. reliquias beatorū corporum escas volatilibus celi. dispergentes hincinde carnes sanctoz tuorū quos occidebant bcstis terre. quia nō erat qui sepeliret. Altaria suffoderūt inuocantes nomen maledictim abumeti. cum laudantes de victoria. Omitto p̄e pudore q̄ mingebat. stercorisabant. omnia vituperabilia exercebat in templis imaginib⁹ et reliqui⁹ sanctis. **S**ancta canibus dabant. margaritas sacramentoz ante porcos p̄ticebant. **T**um hec recolo totus ex horrore cōtrempisco. nec vltorius stilo extarare queo illoz piacula et fidei christiane religionis dedecora et irrisiones iniecta. **M**onasteria tam monachorum cōmonialiū inuidentes omnia diripiebat. ejcidentes illos de habitationib⁹ suis. tenodochia infirmoz destuebant. **E**t si de multis et magnis excidis et exterminis ciuitatū. historiographi etiā gentiliū referant. fere nulla posset desolationi huīus coequari. Nullum incolam intra reliquerūt. nō grecum. nō latīnū. nō armenū. nō indeum. vrbē ipam suis ciuib⁹ nudatā quasi desertā effecerunt. **A**lorum actus et opera p̄p̄rijs oculis vidi et cum aliquibus cōstantissimis viris rna. plura p̄p̄sūs sum inala et pericula. licet de manibus eoz me eripuerit deus vt Jonā de ventre ceti. **E**x pugnata Cōstantinopoli Peram nō multū distante occuparunt. menia eius ad solum vscq̄ deducentes. **E**x campanis ecclasiarū bombardas cōflauerunt. crucez que erat in cacumine turris eius cum ipa turri cōtriuierunt. Rempublicam ad nihilū deduxerunt. **J**udicem et principem ei⁹ turcum cōstituentib⁹. Pedagia. guidagia. impositiones. et grauamina illuc applicantib⁹ vel p̄manentib⁹ suapte statuciūt. His atrocissimis rebus nō cōtentus callidissimus et cruentissimus mabumet. christicolarū summus inimicus. ad vltiora se extendit et trīcmes inter magnas et paruas iam centū septuaginta p̄parauit et ad mare egeum misit ad insulas cicladas sibi subsciendas. Exinde se p̄parat cum infinito exercito ad tres vrbes notabilēs et potentes p̄p̄ danubium sitas transmigrare et expugnare. vna quam vrcz Periston nuncupamus. alia Forobii. tercia Bellostadū. Intendēs post totā percurrere vngariā. spoliare. t̄cuastare. et cōterere vt nemine retro se dimittat impedire ad alia p̄fici sci volentē. qm ad italiā q̄cūtius transmigrare cōtendit. p̄parare q̄z conaf galeras magnas et paruas tricentas. naues magnas viginti. pedestriū et equestriū exercitū ultra centū milia. Et sic a durachio brundisiū transire cōtendit. que ciuitas sita est in regno Apulie. **D**ua p̄pter deprecor exoro atq̄ exhortor vos oēs christicolas. vt zelo fidei et p̄iane religionis p̄restra libertate gladio accingamini cōtra tā diros hostes diuinī cultus et oēs sanctimonie et vīcē moralis. **A**et primo quidē abiūciētes omnē dissensionē. emulationē. remittentes inuicē offendas. sicut et christus donauit oībus. pacem et vniōne summope inter vos amplectamini. vt vniū et inde fortiores effecti. cōfidentes in adiutorio altissimi (cuius est victoria et bellū nō multitudinis) ipm satbanā cum satelli bus suis sub pedibus vestris cōterere valeatis. **L**icet enim in mulitudinē cōfidat et fe

ritate suorum. plures tamē sunt qui nobiscum. sunt immo dñs ipē militiarū pro ciuīis  
fide et religione pugnatis ita q̄ centū ex vobis persequi et superare valeant mille ex illis  
et mille ex vobis decē milia. Ignavia enī et imperitia belli innata sunt eis. Hec in sub-  
stantia sunt in litteris predictis et si aliqualiter verba sint immutatae.

Denigroponti captione.

**F**idelis quidem et prepotens vrbis **Nigropontensis** christiane nominis titu-  
lulo. fideq; insignis. abolim venetiane ditioni et potentati subiecta. ciuitas  
profecto opido populosā. negociosa. sed et rerum omnī opulentissima. ciuiū  
q; optimorum refertissima. terra q; ēt mari diligentissime munita. portū pser-  
tim tuissimo de mari gaudentis. deniq; muris et menibus et turribus firmissimis vndi-  
q; cincta et circumsepta. ita vt prorsus in expugnabilis omnī opinione credere. Que  
etiam ciuitas **Alcides** alio vocabulo cognominata dīoscitur. in insula **Euboia** sita.  
**Insula** inquā in frumento. vino et oleo cunctis terre nascentibus maiorē in modū fer-  
tilis et fecunda. potissimum autē aptis valde pro natū galearūq; fabrica lignis abundās  
hoc modo sub turcorum venit potestate et direptionē. capta et expugnata Anno dñice  
incarnationis **Villesuno** quadragesimo septuagesimo primo vertente.  
Clarissimis quidē venetis semper abolim turcos opido fuisse infestos. tum ob eorū in  
christū fidem sincerā. tum etiam maximū eoz. cui iniudebant potentia. nemo qui grauis-  
sima inter eos hincinde habita discidia. bella vltro citroq; fortiter gesta. guerrarū strepi-  
tus et cruentos sepe cōgressus legit vel audit dubitare potest. Hinc itaq; et hostili odio  
in ipos venetos turcus infectus. et nobilis atq; p̄diūtis vrbis **Alcidis** cyboie situs  
oportunitate. opibus quoq; et celebritatē gloria allectus. Anno quo supra **O** mariū  
bechum principem bassam cognominatū tyranus ipē mahumet cum exercitu copio-  
so nauali et terrestri ad expugnandā ciuitatem ipam **Nigropontensem** destinavit. Tan-  
dem post longam vrbis obsidionē ipemēt cum longe copiosiori exercitu ex bizantio ad  
mouit. ponitq; facto ex nauibus trans aquam. profundam satis et latam que vrbem pre-  
terfluit. militem in litus traiecit. et ex ea parte qua nō putabatur muros aggreditur ma-  
chinis. quatit expugnat. iactuq; plurimoq; lapidum spericorū diruere festinat. Nam  
traditor quidam omnī nequissimus atq; pessimus. machinarum sc̄z omnī que in ci-  
uitate in membris et turribus atq; pugnaculis erant magister et pfectus **Thomas** sc̄z  
liburni cognominatus. signum turcis dedit. vt in loco sue stationis muros vbi debilo-  
res erant. bombardarū icibus verberarent facile ruituros. quod et factum est. Sicq;  
proditione res acta est nō equo marte pugnatum. Interea classis venetiana in subsidiū  
et tuncelam vrbis et ciuium obsecrū missa. negligentius agens. vagabat p mare. capien-  
dis **Januenium** et **Cathalonio**q; aliorūq; christianoq; nauibus intenta magis. quib; ad suam firmandā classem ratibus adiunctis. venetianus capitaneus cuius rei gratia  
aduenerat nō satis probe est pfectus. Cum enim prepotentē nimis iam haberet clas-  
sem. que rem cōficere pspere deo ppcio potuisset ad insulam quidem euboie pperauit.  
sc̄z ostendens maximā obsecris lam vndiq; ciuib; ex vrbē spectantibus leticiam suo  
aduentu infudit. Ita vt manus vtralq; p animi et cordis exultatione et iocunditate ex-  
panderent in celum. sed frustrauit eos iniquis ille capitaneus spe sua opinione secellit.  
turbauit exitu infausto. tristitia effecit ingenti. haud dubium quin longe maiori q; an-  
te gaudio letificarat. Nam cum tanta esset fretus classe ipē formidolosus. inter inūni-  
corum morsus mortisq; horrende cruciatus ciues fideles dereliquit. et pclare vrbis mi-  
serandam direptionem. pspiciens. nil prorsus effecit neq; proprius voluit applicare. cū  
tamen omnes pontes quos turci fecerant. facile sua classe armatissima irruimpere po-  
tuisset. Tunc omnes singularum patroni nauium p classe passū cōtra cum concla-  
marent. grauiterq; omnino suā negligentia ferrent. crebro ingeminantes cur trepidaret  
cur nō accederet cur de industria tam insignē tam fidelem tam opulentā ciuitatē perdi-  
sumiri permetteret. Ille surda hec aure hauriens in eodem loco immobilis inutilisq;

permansit. Itaqz dū in mari nū agitur et classis in uacuu pseuerat fixa. atqz defensionis signū obseus ciuibz nullū pslus datur. quin potius tutationis fiducia sub oculis eripi tur. turcoz princeps animosius agens. res bellicas fauentibz fatis. pspere votueqz psequit. ad menia pperat intrepidus. assultū parat. ordinat pflictū. et qd in talibz cōducit plurimū. accitis militibz. accurata eos orde corroborat. p̄mia etiā magna pollicē his qui primi muros cōscenderet. atqz ita vniuersorū animos adeo reddidit in preliū audios et accensos. q per duas dies noctesqz p̄tinuas cum ingenti fragore summo studio vires maxima urbem op̄ugnabāt. Quanqz enī a ciuibz deintus machinis grauissime vulnerarentur. ac inter bombardarū ictus veluti canes interficerent. repellerenturqz e minus nonnūqz omnū generū missilibz. suoꝝ tamē inter necē et stragē innumeram. plurimāqz mortis imaginē. tanto cū impetu et conatu turci irrūptos occuparūt muros immo tanta alacritate alter alteri succedere cōtendebat. vt eoz nemo pedē reſerre. stare nemo cōperius sit. cuncti vero animosissime afflire vīsi. quanqz frequentissimi interirēt. Bis eos muris aduolasse ferunt. bis inde fuisse p̄cipitatos nostroz audacia. tandem vero vbi nostri auxilio classis quā sub oculis cernebat penitus destituti. longaqz defatigati op̄ugnatione et exhausti laboribz. rem omnē perditā vident. fraci animis in urbis forū pariter cōueniunt. et cōfotati diui sacramenti eucharistie vel cōſpectione vel ſumptione. irriūpētibz iam turcis. manus enixissime cū eis cōſerunt. trucidant quotquot poſſunt. necqz dant innumerōs. et orciſ infernalibz immittunt. donec tandem. et ipi pro christi fide cōſtantissime agonisantes. mortē subenit haud dubiū beatam. Et quod femineo ſexui magnopere gloriosum extitit. hanc inter cedem miserabile. plurimas egrēgia forma fideqz feminas. tum nuptas tum virgines. armis induitas ferunt more amazōnum pugnauisse. ſicqz inter reliqua mortuorū cadavera fuisse regtas. quaſi non antea voluissent occumbere q̄ pſidissimoz turcorū suis tenellis manibus effudiſſent crōrē. quo vel ſic iniūnicū nobis ſanguinē libassent. et pſtitifent obſequiū deo in ipo ſue articulo mortis. Verū viri illi ciuesqz clarissimi. proditorē illum nephariū liburni ſuperiorē memoratū. ſuperſtitē habere nolebāt. dignis prius ſuppliciis p̄reatu de eo ſumptis crudeliter interemerūt. Hec inter agendū. vrbis dumta rat pretor Paulus erico appellatus in arcem cōfugit adherētibz ſibi paucis quibz ſed primoribz ciuitatis. paucis aliis de euadentibus. Capti itaqz turcus urbe. victoriaqz adepta. oēs italici generis puberes. palis acutissimis fecit affigi. alios laxis eliſit. alios ſectos per mediū diuifit. alios varijs peniſ atqz horredis affectos cruciatibz ad ſupera (haud dubiū) transmisit. greciam tñ gentē ſub hasta vendi pcepit. Unū faciū est vt omes calcidis plateez vie. crōre occidoꝝ replerent. Interea p̄tozis vrbis filiarnica. virgo castissima. puella decora facie et veniſto aspectu. turco ob ſuā pulchritudinē ingentē adducta. cum turpitudini et ſede cōmitioni cōſentire proſlus remueret. ptinus iugulata proqz fide castitatis martyrio pculdubio coronata. ſponſo virginū christo ſponsa ipa in ciuium est in celis p̄iuncta. Porro qui in arce erant data ſibi a turco fide de vita ſervanda. pactoꝝ firmato q̄ ſalui euaderēt ſi arcem libere in deditiōne traderent. extinde pſidenter exierunt. ſed mori egreſos ipē fidefragus tyrann⁹ arce ponitus. omnes ad vnu iuſſit exemplō trucidari. Huc in modū (pfecto miſerandū) ciuitate p̄dita. occiſis incolis. cede expleta. venetorū capitanus claſſe ſoluta. q̄ oīm arbitratu ſola oipotemis volūtate excepta facile tantā defenſaſet vrbē ſi vir fidus et fortis fuſſet. cū quo honore. fructu nullo. obprobrio ſempiterno. rebus infectis. immo turpissime neglectis: venetias remeauit. moriꝝ apud ſenātū ac culatus. defensionis quidē locū accepit. ſed poſt multas inuanū adductas falſas rōnes et excuſationes in peccatis. tandem nō ſatis dignā p̄ meritis accepit vltiōne. exilio relegatus. atqz ppetuo pſligatus cum omnibus ſuis a ciuitate venetiarū in oppidū cui est vocabulū Utinum. Ita res hec finē accepit tristem proſlus et infelicitē.

**G** Hoc modo equitant turci tempore pacis dum ob aliquā ſolemnitatē ſive ſolatiū cauſam. festiūorū vtiuitur apparaſu. Guerrarū vero tempore eodem gene habitu ſed armatura alia; enibz ſez accinxi et ē. in preliū perguſt.



### De Rhodie urbis obsidione.

**R**hodie urbis obsidionē descripturus causas in primis narrare institui. que turcorum tyrannū mahometū potissime impulerū. vt tanto conatu Rhodios aggredere. Icet enī cum turcis nō parua discordia rhodij habuerūt ab olim. tamen cum eo qui nunc imperat. post Constantinopolis expugnationē grauia gessere bella. Inimicus quidē vires in dies augens insolentior redditur. Tunc quattuor et viginti circulo annorū cōplures sibi vicinas ditiones subegisset animo inflatus egre admodū egit rhodium urbem. equitūq; Hierosolymorū ditionem finitimā eius imperio liberam absolutāq; esse. Maxime q; diuerso tempore quattuor classibus instructis. castella et rhodiorū agros inuaserit. obsederit. opugnauerit. ex quibus ignominiam discrimen et cladem reportauerit. Ex turcis nāq; multi trucidati. palo suffici. furcis suspensi. sagittis affecti. lapidibusq; celsi. calamis preustis suffossi. gladijs obiecti membratim diserpti. perierunt. terra mariq; succubuerūt hostes. Cōspecta igitur rhodiorū militū generositate. quod vi assequi nō potuit. dolo versutia tentare decreuit. Seipius submisus sibi greculis qui sibi parent. cōfederationē cum rhodis inire equa conditione permissa. dummodo quidpiā tributi titulo cōcederetur. Cum vero reiectum rectigal se penumero rideret. arte pacē tractat. eam ratam habet si tacita tributi cōditione orator Hierosolymorū cum munisculis tribunal suū adeat. Arbitratus quidē se munera tributi titula accepturū. que rhodiorū magister munera vocitaret. Fallitur q; hostis hoc cōdimento. nec rhodij cōditionē recipiunt. ei q; cōiungi cōtemnunt. qui fidem christi persequit. quā ex pfessionis voto tutantur. defendunt. iuvant. His de causis e ravidis hostis odiūz cōtra rhodios inexorabile cōcipit. in menteq; destinauit urbem si posset perdere. et rhodiorū nomen penitus delere. Impulsus q; est quorundā pluasionib;. qui ad turcos deuicerant. abditaq; urbis cognouerant. Inter quos primū locum obtinuit vir nepharinus et perditū ingenij Antonius meligabo Rhodios non insino loco

natus. qui rem domesticā iam pridem dilapidauerat. Is rei domesticē penuria ductus  
dintius cogitans quonā modo rhodū infestus esset. et patrie cladem afferret. vrbis p-  
pugnacula. turrea. menia. abdita loca. munitiones. diligētius speculatus. ciuitatis si-  
tum. edificia describens ad turcum traiecit. Cōstantinopoli quoqz degens. bone polli-  
cationis spe vrbis potiunde data. quendā bassam greculū ex nobili paliologorū fami-  
lia natum. ad nephandū facin⁹ allerit. Securus est huius vestigia euboicus quidā De  
meritus Sophonia vir quidā supst̄iosus et malefic⁹. qui post cuboicā direptionē ad  
turcū defecit. aliqui rhodi habitauit. postea nūcū noīe de pace tractauit. hic etiā suasor  
obsidionis extitit. Exactis itaqz his in oriundiis suadēdisqz annis trib⁹. tandem res basse  
placuit profuit ad id inducendū apostatarū plurimorū qui fidē abnegauerāt iniqtas.  
qui peruersorū suasus probarūt. Asserebat proditor Anthonus vi bē nonnullis locis  
veteribus muris vetustate collapsis. facilime inimico patere. ac paucos cives defenso-  
resqz adesse. et plerūqz cōmeatum triticiqz penuria laborare. subsidia a longinquis re-  
gionibus rhodios expectare. que tempori adesse nō poterint. Idem testatur demetrius  
Id quoqz sequaces astipulanſ. His iactis fundamētis suadebat facinus aggredi opos-  
tere. Dum bec Bizantij agitarentur. Rhodioz clarissimus princeps ac magister Pe-  
trus danbussion vir quidem magno et excellentiū ingenio ac prudentia. illustri familia a-  
pud galligm celticā natus. quem ea nō latebant. diuino instincu doctus retulit  
vobis loca delapsa et minus inuenta toto triennio magnifice erexit. muniuit. ampliauit.  
excogitauitqz frumentū. vini magnā et commeatum copiam comparare. Religiososqz  
et mercennarios milites accire quo vrbem tueretur pro quibus deuehendis et condu-  
cendis epistolas mandatorias ad diuersas vrbis prouincias destinavit. Ita nutu dei  
et magistri opera ciuitas munitur. commeatus cōparantur. naues ac milites ad tuitionem  
accedunt. Proditor Anthonus horum inscius arbitratus omnia apud rhodios  
negligentius pteriri. Instigat bassam vt properet et rem memoratu dignā aggreditur.  
idi p̄m suadere conatur demetrius. Quo effectum est vt bassam ad turcum ea ex ordine  
referret. Sepius quoqz inter turci satellites re agitata de rhodie vrbis expugnatione co-  
sultatur. de qua varia oris sententia. quibusdam narrantibus rem penitus inanem esse.  
nec id posse facile cōsequi ob vrbis magnificentia et militum generositatē. qui asiaticis  
pares censerū nō debent. quibus mortem potius opere q̄s aliquid turpiter imbecillo-  
qz agere animo est. alijs rem facilem causis assertis affirmantibus. nec tamē paruo tem-  
pore quibusuis magistrum prouidisse. Quare si cum celeritate atqz diligētia exercitus  
maritimus atqz terrestris comparet. vrbem h̄aud dubio expugnaturum iri putant. Ac  
cerſiuntur ad hanc cōsultationem diffiniendam machinarū viri periti. inter quos nu-  
meratus est Georgius vir vafro subtiliqz ingenio qui ex eis ad turcum dudū defecerat  
Cōstantinopoli quoqz degens vtcorem et liberos nutritiebat. a turco dilect⁹ et plurimis  
gratijs dotatus. Is aliquando rhodi fuerat. vrbemqz tabula designauerat. sed tunc nō  
tam munita fuerat. Preterierant nāqz anni viginti ab eo tempore quo eam viderat. Des-  
criperunt quoqz et turci iussi plures egregij artifices rhodie vrbis situm. sed Georgij  
cunctos superauit. Hagnis itaqz rationibus adductis. vicit tandem sententia vt vrbis  
oppugnatio magna fieret. huic fundamēto inherentes. nullos tam crassos muros esse  
qui machinarū impetu demoliri nō queant. magnamqz turci esse potentia. qui duo im-  
peria. duodecim regna. tot prouincias. totqz vrbes subegit. Hostem quoqz nō parum mo-  
uit. Rhodie vrbis situs ad cōparandas classem aptissimus. insuleqz celebritas magnis  
landibus ab antiquis predicata. quam ob loci magnificentiam. aeris salubritatē. et ad  
orientis prouincias christianorum subigendas cōmoditatē. potentes quondā rho-  
mani beniuolam et sibi amicam reddidere. Putatqz si hoc ponius fuerit. finitimi sub-  
actis ditionib⁹ fines suos p̄ egrū ionūqz facile pelag⁹ perlaturū. Resistentib⁹ itaqz qui  
busdam p̄claris bassis in finistrū p̄slagentibus. classis instaurat. exercitusqz cōparatur.  
Decretūqz est vt milites terrestres iter faciant. trajectoqz hellesponto per Asiam in Liciā  
que rhodioz insule adiacet pergāt. et per fretū liciū a phisco antiqua cōtinentis ciuitate  
duo de viginti milibus passuum distante rhodū nauigent. reliquias vero machinarum

et bellii ingeniorū apparatus cum parte copiarū classe deuehif. Bassi paliologus expe-  
ditionis pfectus classem cōscendens Antonium perquiri iubet. quē paulo ante morte  
turpiter obisse cōperit. Accersito igitur demetrio satellitē adhibet. Tunc passim rumor  
exit classem et copiosum exercitu in rhodios parari. Turcus vt hec res lateret. aditus  
portus passus custodit. phibetq; ne quis nunciū deferat. Sed non valuit ciuis astutia  
magistri sollertia phibere. qui assidue litteris et nunchis ex turchia apparatu intelligit.  
nōnulli quoq; ex nunciis in dolo versati sunt. Nam cum exercitus in licea degeret clas-  
sem operientes affirmauerūt vita excessiſſe turcum et ex alijs causis exercitu illic adesse.  
Dum hic rerū status esset. summa cura princeps noster hostiū dolos acute pspiciens  
cuncta disponit. et de presidijs Langonis castelli sancti Petri feraci. lindi moneleti or-  
dinat que loca defensorib; comeatib; machinis et ceteris bellis aptis muniri. Om-  
nis plebs cum suppellectili rhodium et oppida intrat. ordci quod maturū fuit colligitur  
q̄stotius frumentū crudum (nondū enim messis aderat) quod vrbē circundabat. prout  
cūlibet facultas fuit. populus eradicat. colligit. et in domos portat. Dum hec magno  
cum tumultu agerent. vigil in specula montis qui in occidente vergit sacello sancti Ste-  
phani sacri nunciat classem apparere. extensisq; velis nauigare. Magna quippe populi  
frequentia ad hoc spectandū cōcurrat. tota ciuitate trepidatur. populiq; clamore cuncta  
resonant. classis phiscum nauigare p̄petrat ut milites qui terrestre iter fecerant cōscendat  
et rhodioꝝ freto transito repente velis cōuersis ad nostra declinat litora. Apulit itaq;  
ea classis velorum centum.

**D**ecimo kalendas Junij Anno incarnationis verbi dñini Villesimo quadringen-  
tesimo octuagésimo. militeq; primū in terrā exposito in vertice montis sancti Stephani  
et circa eius montis colles castrametati sunt. machinas quoq; et bellica ingenia in li-  
tus exonerant eo in loco quē ab ipo monte defluens aqua abluit qui a rhodis obice  
collis spectari nō potest. His peractis pars ad deuehendū terrestre exercitu phiscū na-  
uigat. In classis aduentu quidā thurci equeſtres pedestresq; versus vrbis menia auda-  
cia quadā freni irruunt. eruptione autē a nostris facta hostes fugantur. fundunt. quidā  
quoq; ex eis trucidantur. Postea dum nostri p̄mesarent altera eruptione facta turci p-  
pelluntur cadūtq; nōnulli. ex nostris vero miles viuis perīt. qui incantus manū conse-  
rebat cuius spolia et cadaver nostri sibi vendicant. turci capite absciso illud lancee suffi-  
gunt. ad suos q̄d cum plausu reuertuntur. Postridie eius diei qua classis apulit. hostes  
tres ingentes machinas in ortis ecclesie sancti Antonij vicinis. arborib; omnis gene-  
ris fructū cōlitis collocat. turrī q̄d sancto Nicolao dicata in vertice molis sitam op-  
pugnare conatur. easq; machinas lignearū munitionū pugnaculis operiūt defendūt-  
q;. Noſtri vero munimentis que repara vocant cōspectis. tria tor̄mēta que bombardā  
